ANGLICANI NOVI SCHISMATIS

Redargutio

SEU

TRACTATUS


EX

HISTORIIS ECCLESIASTICIS

QUO OSTENDITUR

Episcopos, injuste licet depositos, Orthodoxi *Successoris Communionem nunquam refugisse.*

Græce & Latine ex Cod. MS°.
Editore *HUMFREDO HODY* SS. T. B.
Coll. Wadh. in Acad. *Oxon.* Soc.



OXONII, E THEATRO SHELDONIANO,
An. Dom. MDCXCI.

VIRO

Summo, Sapientiſſimo, Sanctiſſimoque,

R R. in Chriſto Patri ac Domino

D^no JOHANNI

Divinâ Providentiâ

Archiepiſcopo *Cantuarienſi*,

Totius *Angliæ* Primati & Metropolitano,

ANTISTITI vere ORTHODOXO,

Tractatum hunc contra Schiſma,

Sinceriſſimo affectu,

Animoque Pacis ac Tranquillitatis Eccleſiæ

cupientiſſimo,

è tenebris ſuis jam editum,

Reverentiâ maximâ, quâque par eſt humilitate,

Dicat Conſecratque

HUMFREDUS HODIUS

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

TRactatus hic, qui in publicam lucem jam prodit, ex Codice, qui numeratur CXLII^dus^ in Scriniis *Baroccianis* Bibliothecæ Oxoniensis *Bodleianæ*, chartaceo quidem illo, sed satis antiquo, est erutus. Continentur in eodem Volumine MS^to^ Historici aliquot Tractatus ac Collectanea, celeberrimo illi *Nicephoro Callisti*, Viro omnium *suæ ætatis* in Historia Ecclesiastica versatissimo ac peritissimo, disertim adscripta; inter alia *Catalogus Patriarcharum Constantinopolitanorum*: Atque hinc suspicamur, neque vana sane conjectura ducti, non alium fuisse à *Nicephoro* isto Tractatus nostri Autorem. Conjecturæ huic favent & Autoris ætas & patria. Floruit enim prædictus *Nicephorus* exeunte circiter Seculo XIII°, sive inchoato XIV^to^, ut ex eo facile apparet quod *Historiam* suam *Ecclesiasticam* Palæologo isti qui cœpit imperare A^o^ Christi CIↃCCLXXXIII^tio^, dicaverit. Et quod ad nostri Autoris ætatem attinet; cum nullus Scriptor ab eo citetur qui medium Seculi XIII^tii^ non antecesserit, cumque nullum celebretur Exemplum post exitum Seculi XII^mi^, dubitaverit nemo, quin eisdem circiter temporibus, i. e. ante annos præterpropter CCCC. inclaruerit. Visne Patriam ejus? Certe eum floruisse sub Patriarchatus Constantinopolitani ditione, sub qua quoque vixit *Nicephorus Callisti*, non alio argumento egemus quo comprobetur,

quam

quam quod omnia fere exempla ex Serie Patriarcharum istius Sedis desumpserit. Sed & idem aliunde extra omne dubium ponitur. Nam Autor, ubi habet sermonem de istis Patriarchis, qui ab Imp. *Isaacio Angelo* in Solio CP^{no} sunt constituti, in hanc sententiam loquitur: *Ab iis ad hæc usque nostra tempora Sacerdotium totum Ecclesiaque deducta est.* Hoc unum sententiæ nostræ de *Nicephoro Callisti*, quod Tractatus hujus Scriptor extiterit, refragari videtur, quod de successione prædictorum Patriarcharum qui sedem CP^{nam} sub *Isaacio Angelo* tenuerunt, haud satis *Nicephoro* in *Catalogo* MS^{o} supradicto *Patriarcharum*, cum Autore nostro conveniat. Nostro enim Autori hoc ordine ii recensentur; *Basilius Camaterus*, *Nicetas*, *Leontius Theotocita*, *Dositheus Hierosolymitanus*, *Georgius Xiphilinus*: à Nicephoro vero in *Catalogo* sic ordo eorum instituitur: *Basilius*, *Nicetas*, *Dositheus*, *Leontius*, rursus *Dositheus*, *Xiphilinus*. Cæterum hoc animadvertere licet, quod *Dositheo* prima vice gerenti Patriarchatum, à *Nicephoro* in *Catalogo* tantum *novem dies* tribuantur; An id in causa erat, quod de ista illius vice in hoc Tractatu nostro silentium agatur? Verum hæc aliorum judiciis permittantur. De Autoris Nomine Nos non soliciti sumus. Quicquid autem id fuerit: de ipso Tractatu hoc saltem pro certo atque explorato habendum, quod vel loco *Homiliæ* (in Cœtu *Episcoporum*) prolatus est, vel saltem ab aliquo *Professore* in *Historices Schola* prælectus. Non enim *Lector*, sed *Auditor* ab Autore compellatur. Quænam fuerit occasio scribendi, Argumentum ipsum non sinit ut ignoremus. Nempe nuper in Ecclesia excitatum est *Schisma* propter unum Patriarcham ex Sede sua dejectum aliumque in Solio suffectum. Cui malo ut medela feratur, hanc habet Autor noster, seu *Homiliam*, seu *Prælectionem*; & nervose decertans pro Ecclesiæ Christi Unitate ac tranquillitate, quam fuerit ejusmodi *Schisma* alienum à Moribus & Ingenio Antiquiorum, Exemplis libatis

batis ex Historiis Ecclesiasticis evincit atque demonstrat.

Hæc, Lector, tua interfuit, ut de ipso Tractatu, & Autore, monita essent. Non necesse est, reor, ut de causa, consilio, & fine quare foras jam emittatur, hic verba fiant, aut quid sibi velit, ANGLICANI NOVI SCHISMATIS REDARGUTIO, hoc in loco dicatur; nisi forsan videatur necesse, ut longa narratione ab aliquo doceatur, quid opus sit *Aqua*, quid velint sibi *Scalæ* ac *Hydriæ*, quando audias Populi Clamores, quando videas *Flammas* erumpere, & *jam proximus ardet* UCALEGON. Hæc quis ex Gente *Britannica* non statim intelligit? Neque puto *Britannos* eo usque esse *à toto Orbe divisos*, ut Terrarum aliarum Literatis Viris, quibus forte in manus perveniat hicce Libellus, *obscura* ista videantur De *Se*, ac *Opera* sua, hoc placet *Editori* adjicere; quod ut totum Se, suaque omnia Studia, inter NATHINAEOS licet, *Ecclesiæ* consecravit vovitque, ita credidit fuisse officii sui hoc AQUAE haurire *in usum* DOMUS DEI. Quam merito hoc, cum in TECTUM ipsius jam IGNES subrepere conspexerat! Quid magis *splendidum* Peccatum, quid magis venia dignum, quam illud, quod *Oza* commisit, quum in ARCAM jam *inclinatam* manum *impiam pie* tetenderit? Quid magis *turpe* Peccatum, quid magis *Neronianum*, quam *flagrantem* Urbem *parentem* adspicere tantum, & *ludere*? Pro opellæ autem nostræ, quantulacunque ea sit, tenuitate, ne forsan morosior despectui istam habeas, causam agat, è *Prologo Galeato*, Stridonensis Hieronymus: *In Tabernaculo Dei offert unusquisque quod potest: Alii aurum & argentum, & lapides pretiosos, alii byssum & purpuram, & Coccum offerunt & Hyacinthum. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & Caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria judicat. Unde & tota illa Tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ, præsentis futuræque distinctio, pellibus*

tegitur & ciliciis; ardoremque Solis, & injuriam imbrium, ea quæ viliora sunt prohibent.

Non tantum sibi sumit & arrogat hujusce Tractatus Editor, ut Patribus illis venerandis, quorum gratia hic editur Tractatus, Episcopis maximis, clarissimis, eruditissimis, Consilium offerre præsumat. Agnoscit Ille cum *ELIHU*, quod *Ætas prolixior loqui debeat, & annorum multitudo docere Sapientiam.* Ei liceat tamen in memoriam illis revocare quæ in hoc Tractatu exhibentur Charitatis in Ecclesiam verè *Episcopalis* Exempla; atque insuper hoc in loco Exempla quædam alia ob oculos illis proferre, deprompta sc. ex Antiquorum Thesauris, quos nulli non venerantur Ecclesiæ *Anglicanæ* Filii genuini. In primis eis Monitor prodeat Patriarcha vere sanctus, *Joannes* magnus *Chrysostomus*, qui *injuria* summa (non enim *Arcadio* ille submittere Caput recusavit!) & ab *Hostibus* ipsis de Cathedra Patriarchali in exilium projectus est. Cum è Solio suo jam esset is exturbandus, *Orate, Fratres,*[a] (Amicis inquit Episcopis,) *& si Christum amatis, nemo mei causa Ecclesiam suam deserat. ---Ita misericordiam (apud Deum) consequamini.* Εὔξασθε, ἀδελφοὶ, καὶ εἰ φιλεῖτε τὸν Χριστὸν, ἐμοῦ ἕνεκεν μήτις ἀπολείπῃ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν. ---καὶ οὕτως ἐλεηθῆτε. Respondenti cuidam Episcopo, Casumque ipsius lamentanti, Ἀρκεῖ, inquit, ἀδελφὲ, μὴ πολλὰ λέγε ἀλλ' ὃ εἶπον, τὰς Ἐκκλησίας ὑμῶν μὴ ἀφῆτε· οὔτε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ ἤρξατο τὸ διδασκάλιον, οὔτε εἰς ἐμὲ ἐτελεύτησεν, &c. *Sufficit, Frater, ne plura loquere, sed, quod dixi, Ecclesias vestras ne dimittite. Neque enim à me incœpit prædicationis munus, neque in me desiit.* Rursus jubet[b] ut *cum illis, qui ipsum deposuerunt, foverent Communionem, ne Ecclesiam scinderent.* Κοινωνήσατε μὲν, ἵνα μὴ σχίσητε τὴν Ἐκκλησίαν. Et denique cum Ecclesia exire ab Imperatore cogeretur,

a Pallad. V. Chrys. p. 67. b P. 69.

sic

ſic Viduas ſanctas affatur, quæ illic ſolebant commorari. [c] *Quæ ad me attinent* (inquit) *finem, ut video, habent: curſum meum conſummavi, & forte vultum meum non amplius videbitis. Hoc unum eſt quod rogo: ne qua veſtrum à ſolita erga Eccleſiam benevolentia avellatur; & quicunque reluctans fuerit ad Ordinationem deductus, ex conſenſu omnium, non id ambiens,* (h. e. juxta Regulas & Conſuetudinem Eccleſiæ) *ei tanquam Johanni Caput veſtrum ſubmittite. NON POTEST ENIM ECCLESIA ESSE SINE EPISCOPO. Ita miſericordiam conſequamini.* Τοῦτο δέ ἐστιν ὃ παρακαλῶ· μή τις ὑμῶν ἀνακοπῇ τῆς συνήθους εὐνοίας τῆς περὶ τὴν Ἐκκλησίαν. καὶ ὃς ἂν ἄκων ἀχθῇ ἐπὶ τὴν χειροτονίαν, μὴ ἀμβιτεύσας τὸ πρᾶγμα, κατὰ συναίνεσιν τῶν πάντων, κλίνατε αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν ὡς Ἰωάννῃ· οὐ δύναται γὰρ ἡ Ἐκκλησία ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι· καὶ οὕτως ἐλεηθῆτε. Quis hiſce verbis non audit B. *Chryſoſtomum* contra Schiſma noſtrum invectum ac declamantem? Quis non audit *Archiepiſcopum* maximum, eos qui ob injuſtam (ita eſto!) depoſitionem, in Schiſma abripiantur, perſtringentem ac condemnantem? Non debetis, ô Epiſcopi, inquit, non debetis gratia mei, quamvis tam inique ſim habitus, ab Eccleſia vos ſeparare, non Communionem *Archiepiſcopi novi* refugere. Non debetis, ô Populi mei, mei cauſa ab *Eccleſiæ Communione* abhorrere, aut contra Altare, Altare vobis erigere. Hoc poſtulat Eccleſiæ neceſſitas, ut, ſi de Sede, ſive juſte ſive *per nefas*, depellatur Epiſcopus, novus alius aliquis in locum ejus conſtituatur: Ego actus ab Epiſcopatu, quantumvis per injuriam ſummam, *ceſſo eſſe veſter Epiſcopus*; Is à vobis pro Epiſcopo eſt habendus, qui ſecundum Eccleſiæ Regulas, in locum meum fuerit electus. Abſit, abſit, ut aliquis veſtrûm de meo Nomine *Joannita* appellari mereatur, aut præ meî deſiderio in Catholicam peccet Eccleſiam! Hæc mea ſunt ultima verba, ô Amici & Populi mei, & eo-

c P. 90.

rum

rum ſemper memores eſtote. Hoc unum eſt quod rogo, hoc obnixe precor & oro; ut, ſi miſericordiam à Deo exoptetis, nam Deus ejuſmodi Schiſma ulciſcetur,ab omni vobis Schiſmate caveatis. Exemplo huic magni *Chryſoſtomi* addo illud Epiſcoporum Africanæ Eccleſiæ Catholicæ. Ii,Schiſmate *Donatiſtarum* in Africa ferociente, profitentur in *Concilio*, ſe paratos omnes fuiſſe ſuum *Epiſcopatum deponere*, ſi modo ad *Chriſti unitatem* id poſſet aliquid conferre. Cum primum id eſſet propoſitum, ſic placuit omnibus, ſic exarſerunt, ut *duo* tantum, ex numero pene *trecentorum*, inventi ſint, qui de hac humilitate Domino ſacrificare hæſerint, ipſi etiam ſtatim perſuaſi. Hæc de illis B. [d] *Auguſtinus*, ipſe unus eorum, atteſtatur. Profitentur idem iidem digniſſimi Patres, in Epiſtola ſua Synod. ad *Marcellinum*, Imperatoris *Vicem-gerentem*, in *prima* [e] *Collatione Carthaginenſi*. Audi verba Epiſcopis digna: *Quid enim dubitemus Redemptori noſtro ſacrificium iſtius humilitatis offerre? An vero ille de cœlis in membra humana deſcendit, ut membra ejus eſsemus, & nos, ne ipſa ejus membra crudeli diviſione lanientur, de Cathedris deſcendere formidamus? Propter nos nihil ſufficientius, quam (ut) Chriſtiani fideles & obedientes ſimus: hoc ergo ſemper ſimus. Epiſcopi autem propter Chriſtianos populos ordinamur: quod ergo Chriſtianis populis ad Chriſtianam pacem prodeſt, hoc de noſtro Epiſcopatu faciamus. Si ſervi utiles ſumus, cur Domini æternis lucris pro noſtris temporalibus ſublimitatibus invidemus? Epiſcopalis dignitas fructuoſior nobis erit, ſi gregem Chriſti magis depoſita collegerit, quam retenta diſperſerit. Nam qua fronte in futuro ſeculo promiſſum à Chriſto ſperabimus honorem, ſi Chriſtianam in hoc ſeculo noſter honor impedit unitatem.* Neque aliter ſapuit Vir ſummus *Gregorius Theologus*, Patriarcha Conſtantinopolitanus. Vide quam paratus is fuerit de Cathe-

d Libro de Geſtis cum *Emerito*. *e* Cap. 16.

dra

dra sua descendere, ne Christi, sui causa, turbaretur Ecclesia! En ejus Orationem in Episcoporum Concilio [f] habitam. *Viri*, inquit, *Collegæ, & Compastores sacrosancti gregis Christi, turpe fuerit, prorsusque à vobis alienum, si, qui ad pacem alios eruditis, intestinum ipsi bellum inter vos excitetis. Quonam enim modo alios ad Concordiam adduxeritis, ipsi circa sententias vestras & decreta discrepantes? Ac vos per Trinitatem etiam ipsam obsecro, ut mutua vestra negotia præclare & pacifice transigatis. Quodsi vobis ullo modo dissidii causa sum, Jonam Prophetam vitæ integritate non supero. Projicite me in mare, & tumultuum tempestate agitari desinetis. Quicquid vobis visum fuerit, tametsi à culpa immunis, libenter perpetiar, siquidem hac ratione concordia vestra repræsentari ac resarciri possit. Throno exturbate, Urbe ejicite. Tantum Veritatem & Pacem, ut cum Zacharia loquar, amate.* Cum in locum ejus subrogatus fuisset *Nectarius*, mirum, quanta cum humilitate, quanta cum charitate eum [g] moneat & hortetur ut Hæreticos comprimeret, adeoque Ecclesiæ provideret, de Ecclesiæ solum tranquillitate solicitus, non de Solio Pontificali, non de suis calamitatibus. *Privatas* (inquit) *vitæ meæ molestias ne in malorum quidem numero duco, verum solas Ecclesiæ afflictiones aspecto.* Cum *Nectarium* compellat, seposita omni invidia ac simultate, eum Titulis ornat & honorat magnificentissimis: Παρὰ τῆς βραχύτητος ἡμῶν οὐκ ἄκαιρον ἴσως ἀκοῦσαι σου τὴν σεμνοπρέπειαν· *Honorificentiam tuam à Tenuitate nostra certiorem fieri non intempestivum fuerit.* Σκοπείτω σου ἡ ἐν Χριστῷ εὐδόκιμος φρόνησις. *Cogitet tua in Christo illustris prudentia.* Πῶς οὖν ὑπέμεινέ σου ἡ μεγαλοφυὴς, καὶ ὑψηλὴ διάνοια. *Quomodo igitur excelsus & præstans animus tuus sustinuit*, &c. Rursus: διαναστήτω ἡ ἀμώμητός σου ἐπ' ἀρετῇ τελειότης. *Excitetur inimitabilis tua numerisque omnibus absoluta virtus.* Audiatur

f Gregor. Presb. in ejus Vita. *g* Orat. 46.

etiam illustrissimi Viri ad *Nectarium* prædictum [h] Epistola. Τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς ἔχει ὡς ἔχει. Ἄνευ πολέμου καὶ πραγμάτων καθήμεθα, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας ἀντὶ πάντων τιμήσαντες. Καί τι ὠνάμεθα τῆς ἡσυχίας, ἐλέῳ θεοῦ ἱκανῶς τῆς ἀῤῥωστίας ἀνενεγκόντες. Σὺ δὲ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε, ὡς ὁ θεῖος Δαβὶδ φησί· καὶ τοί συνδιέποι τὴν ἱερωσύνην ὁ τιμήσας θεὸς, πάσης ἐπηρείας ὑψηλοτέραν ταύτην χαριζόμενος. *Res nostræ se habent, ut habent. Sine bello & negotiis sedemus, silentii præmium ab omni periculo vacuum, omnibus rebus anteponentes. Quin ex hac etiam quiete nonnihil fructus cepimus, nimirum ex morbo Dei misericordia utcunque recreati. Tu vero prospere incede & regna, ut Davidis verbis utar: ac Deus Sacerdotium istud, quo te ornavit, tecum gubernet, atque omni calumnia & vexatione sublimius præbeat.* Ascendamus jam ulterius, Lector, & quo altius perveniamus ad *Fontes* Christianæ Virtutis & Doctrinæ, videamus annon eo *liquidius* ac *purius* nobis *Flumen* decurrat. *Dionysius*, Alexandriæ Episcopus, ornamentum magnum Seculi *tertii*, in [i] Epistola ad *Novatianum*, in Episcopum Romæ electum, (cujus causa exortum est *Schisma*) eum sui officii admonens, *Si* (inquit) *nolens ad Sacerdotium fueris inductus*, (id ipse fuerat causatus) *ita demum ostendes, si volens cesseris: Nam oportuit quidvis etiam hac gratia perpeti, ne discinderetur Ecclesia Dei.* Addit *eum neque tam* Idololatriam *quam* Schisma *fugere debuisse*, *quia cum hanc fugit*, sibi *tantum caveret, cum vero* illud, *universæ Ecclesiæ consuleret.* Si hoc tempore vixisset *Dionysius*, quid ad paucos eos scripsisset, qui, cum penes sit ipsos *solos* Schisma à se inchoatum consopire, Pacem tamen Ecclesiæ violant? Instar omnium denique erit Romani S^ti^. *Clementis* autoritas & admonitio, Viri plane divini, & tantum non Apostoli. Hic in sua [k] *Epistola ad Corinthios*, istius Ecclesiæ *Presbyteros*, qui quamvis constituti ab ipsis Apostolis, tamen Ecclesiis

h Epist. 51. *i* Apud Euseb. Hist. l. *6*. c. 45. & S. Hieron. in Catal. Scrip. Eccles. *k* P. 69. Edit. Junii.

suis

ſuis à plebe fuerant exturbati (atque inde Schiſma fuerat excitatum,) hunc in modum exhortatur & admonet: Τίς ἐν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς πεπληρωμένος ἀγάπης; Εἰπάτω· Εἰ δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, ὃ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων· τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν· τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ταῦτα οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, καὶ ποιήσουσιν. *Quicunque igitur inter vos ſtrenuus eſt, quicunque miſericors & charitate plenus, dicat: Si propter me ſeditio, contentio & Schiſmata orta ſunt, emigrabo, abibo, quocunque volueritis, & quæ à plebe mandantur, faciam, ſolum Chriſti ovile cum conſtitutis ſupra ſe Presbyteris, in pace degat. Qui hoc fecerit, magnam ſibi gloriam in Domino conciliabit, & omnis locus libenter eum ſuſcipiet. Domini enim eſt terra & plenitudo ejus. Hæc faciunt, & porro facient, qui vitam juxta normam Dei, cujus nunquam pœniteat, inſtituunt.* Memoratis deinde exemplis eorum, qui gratia aliorum multa mala fuerant perpeſſi, & pro populi tranquillitate ſe aut in exilium aut etiam in mortem voluntariam tradiderant, ſic tandem ſubnectit Vir ſanctus: Καὶ ἡμεῖς οὖν, &c. *Oremus igitur & nos, pro eis qui in calamitatem aliquam inciderunt, ut moderatio & humilitas eis concedatur; quibus inſtructi, non nobis ſed voluntati Divinæ cedere poſſint. Sic enim apud Deum & ſanctos uberem & perfectam cum miſericordia recordationem, obtinebunt.* Non debet hoc loco præteriri Deſcriptio iſta *Schiſmatici*, quam apud B. [1] *Irenæum* reperimus: *Judicabit* (inquit) Chriſtus *& eos qui Schiſmata operantur, qui ſunt immanes, non habentes Dei dilectionem, ſuamque* UTILITATEM *potius conſiderantes, quam unitatem Eccleſiæ, & propter* MODICAS

[1] Adv. Hær. l. 4. c. 62.

& quaſlibet cauſas magnum & glorioſum corpus Chriſti conſcindunt & dividunt, & quantum in ipſis eſt interficiunt, pacem loquentes, & bellum operantes, vere liquantes Culicem, & Camelum tranſglutientes. Nulla enim ab eis tanta poteſt fieri correptio, quanta eſt Schiſmatis pernicies. Illi autem Eccleſiæ concordiam ob MODICAS cauſas diſcindunt, qui cum poſſint abſque *Peccato* cum Eccleſia communicare, id facere tamen recuſant. Hæc omnia claudemus brevi Exhortatione Autoris [m] *Conſtitutionum Apoſtolicarum. Vitate, Epiſcopi, Schiſmata, non enim licet à Concordibus per Ambitionem ſeparari.*

Ex Exemplis autem hiſce prælibatis, cæteriſque iſtis, quæ complectitur ſequens Tractatus, abunde edoceri poterunt hodierni Chriſti Diſcipuli *cujus Spiritus ſunt*: convincentur certe illi, qui *Tunicam* Chriſti, etſi *filis* tantum pauciſſimis, (tam firma atque perennis eſt illius *textura*!) conſciderunt, quam longe ipſi abſint ab ingenio & charitate antiquorum Epiſcoporum, quorum colit Eccleſia memoriam. Faxit Ille, cujus Cauſa hic agitur, Chriſtus Opt. Max. ut eâdem, qua edita ſunt, mente legantur atque expendantur; ut quæ paſſim apud antiquos effulſere Exempla, neque deſint in Eccleſia *Anglicana*; ut accedant hæc noſtra temporibus illis priſcis, *quibus nihil tam pium*, (verbis utor S[ti] *Hierynomi* adverſus Schiſmaticos *Luciferianos*) *nihil tam conveniens ſervo Dei videbatur, quam unitatem ſequi, & à totius mundi Communione non ſcindi.* Vale, Lector, quiſquis tu es; & Nobiſcum ſimul AGE & PRECARE pro *Pace Jeruſalem.*

m L. 6. c. 1.

ERRATA.

P. 2. Lin. 9. ſcribe ἑαυτὸν ποτε. p. 5. lin. 15. πεντεκαιδέκα. p. 8. lin. 11. • *Ordinationum*. p. 25. lin. 20. ἁπλῶς. Quæ alia ſunt levia, ſibi corriget Lector benevolus.

TRACTATUS

CONTRA

SCHISMA.

ΣΥΝΑΞΙΣ

ΕΚ ΤΩΝ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

Περὶ τῶν κατὰ καιροὺς ἀναχθέντων εἰς τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον παρὰ κανόνας, ἔτι ζώντων τῶν γνησίων Πατριαρχῶν τῶν ἀδίκως καθαιρεθέντων. Ἐν οἷς παρατηροῦμεν, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀδίκως καταχθέντων τῆς κοινωνίας τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἑαυτὸν ποτὲ ἀπεχώρισε διὰ τὴν ἑαυτοῦ καθαίρεσιν ἄδικον· μόνον εἰ ὁ παρὰ κανόνας μετ᾽ αὐτὸν ἀναχθεὶς, ὀρθόδοξος ἐχρημάτιζεν· ἐξαιρουμένης μόνον τῆς κατὰ τὸν Χρυσόστομον ὑποθέσεως, ὡς ἐχούσης ἰδίαν ζήτησιν.

Ο Μέγας Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος θεῖος ἀνὴρ καὶ ὑψηλὸς γέγονε, καὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον τελῶν, ὑπὸ τοῦ Ἀντιοχείας Μελετίου ἐχειροτονήθη διάκονος. Ὁ δὲ Μελέτιος χειροτονηθεὶς πρότερον ὑπὸ Ἀρειανῶν Σεβαστείας ἐπίσκοπος, μετετέθη ἔπειτα εἰς τὸν τῆς Ἀντιοχείας θρόνον ὑπὸ ὀρθο-

TRACTATUS

EX

HISTORIIS ECCLESIASTICIS

De iis qui temporibus variis ad Patriarchale Solium adversus Canones evecti sunt, Patriarchis legitimis, qui contra jus fasque depositi sunt, adhuc viventibus. In quibus animadvertere licet, neminem omnium qui injuria sunt Sede pulsi ea se causa ab Ecclesiæ Catholicæ Communione separavisse, modo ut Orthodoxus is fuerit, qui in alterius locum præter Canones suffectus est: Excepta tantum Causa Chrysostomi, *utpote quæ peculiarem habet Cognitionem.*

MAgnus ille *Joannes Chrysostomus*, Vir eximius & plane divinus, à *Meletio* Patriarcha Antiochensi, cujus erat sub ditione, [a] Diaconus est ordinatus. *Meletius* autem antea Sebastiæ Episcopus ab *Arianis* constitutus, communibus deinde cum *Orthodoxorum* tum *Arianorum* suffragiis ad Sedem Antiochenam vocatus est, in exilio

[a] Socr. Hist. Eccl. p. 6. c. 3.

 adhuc

adhuc agente [b] *Eustathio* [*Antiochiæ olim Episcopo*:] nihilominus tamen propter Orthodoxiam acceptus utilisque Ecclesiæ fuit. Quin & magnus *Basilius* [c] à *Meletio* isto in Diaconorum ordinem cooptatus est.

Chrysostomus igitur Antiochiâ accitus, & Patriarcha Constantinopolitanus constitutus, injuste postea & Solio pulsus est, & Civitate, suffecto in ejus locum *Arsacio*, fratre *Nectarii*, qui proxime ante Chrysostomum Patriarchatum gesserat. Juraverat autem iste *Arsacius*, ob suspicionem, quâ in ipsum frater ipsius *Nectarius* laborabat, se nunquam dignitatem Patriarchatus Constantinopolitani accepturum. Is annum ac menses duos honore illo functus, Presbyteros, ut credibile est, & Episcopos, & Diaconos constituit, è quibus neminem prorsus rejecit Ecclesia.

In locum ejus, quum è vitâ excessisset, vocatus est B. *Atticus*, vivente adhuc & exulante *Chrysostomo*. Qui quidem *Atticus* acriter eos est persecutus, qui S. *Chrysostomi* partes defenderunt: & tamen per viginti annos

b Eustathio olim Episcopo Antiocheno ab ipsis Patribus Nicænis constituto, post quinquennium circiter i. e. A°. 329. aut 330. in exilium relegato. Quem tradunt *Socrates* l. 4. c. 14. 15. & *Sozomenus* l. 6. c. 13. à Joviano Imp. ab exilio revocatum fuisse, & CP^li^ *occultum fuisse commoratum* Valentiniano & Valente 3. Coss. (A°. æræ nostræ 370mo.) & eodem anno à Valente Imp. rursus actum fuisse in exilium. Haud accedo Viris eruditis, *Baronio*, *Valesio*, *&c.* qui hallucinari *Socratem* & *Sozomenum*, cum scribunt hæc de Eustathio Antiocheno, contendunt.

ὀρθοδόξων τε καὶ Ἀρειανῶν, ἔτι τοῦ Εὐσταθίου ἐν ἐξορίᾳ ὄντος· ἀλλὰ διὰ τὴν ὀρθοδοξίαν δεκτὸς καὶ χρήσιμος τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγένετο. Ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ὑπὸ τοῦ ῥηθέντος Μελετίου ἐχειροτονήθη διάκονος.

Ὁ τοίνυν Χρυσόστομος μετάκλητος ἀπὸ Ἀντιοχείας γενόμενος, καὶ τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ἐγκαταστὰς, ἀδίκως μετὰ ταῦτα καθαιρεθεὶς ἐξώσθη τῆς πόλεως· καὶ μετ' αὐτὸν χειροτονεῖται Ἀρσάκιος ἀδελφὸς Νεκταρίου, τοῦ πρὸ τοῦ Χρυσοστόμου πατριαρχεύσαντος. Ἦν δὲ ὁ Ἀρσάκιος προσομωμοκὼς διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ζηλοτυπίαν τοῦ τότε ἀδελφοῦ αὐτοῦ Νεκταρίου μηδέποτε τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως δέξασθαι. Ἀρχιερατεύσας οὖν Ἀρσάκιος μῆνας τεσσαρεσκαίδεκα, πρεσβυτέρους κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἐπισκόπους καὶ διακόνους πεποίηκεν· ὧν οὐδένα ἡ ἐκκλησία ἀπέβαλετο.

Τούτου περιελθόντος ἐχειροτονήθη Ἀττικὸς ὁ μακάριος, ἔτι τοῦ Χρυσοστόμου ζῶντος καὶ ἐν ἐξορίᾳ διάγοντος. Ὃς δὴ Ἀττικὸς καὶ διωγμὸν κατὰ τῶν προσκειμένων τῷ μακαρίῳ Χρυσοστόμῳ κεκίνηκεν. Ἀρχιε-

ρατεύσας

dunt. Quidni enim ad hæc usque tempora superstes fuerit *Eustathius*? Certe fieri id potuit, si aut *nonagenarius*, aut etiam *octogenarius*, moreretur. Neque cætera argumenta tam gravia mihi videntur, ut in lance adversus tam expressa prædictorum Scriptorum testimonia poni mereantur. Constitutus est *Meletius* Patriarcha Antiochenus A°. 360.

c Socr. l. 4. c. 26.

d Non

ἱερατεύσας δὲ καὶ αὐτὸς ἐπὶ χρόνοις κ΄. δεκτὸς τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν οἰκείων χειροτονιῶν ἐχρημάτισε· μηδενὸς κινδυνεύσαντος. Ταῦτα ἐν τῇ τοῦ Σωκράτους ἱστορίᾳ ἱστόρηται.

Αἱ γοῦν χειροτονίαι τοῦ Ἀττικοῦ κεχειροτονήκασι τὸν Σισίνιον· ὃς καὶ τὸν Πρόκλον ἐν Κυζίκῳ κεχειροτόνηκεν· Εἰ δὲ θέλεις μαθεῖν πῶς ὁ Ἀττικὸς δεκτὸς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐστὶ, μάρτυς καὶ ὁ θεῖος Κελεστῖνος πάπας Ῥώμης ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον ἐπιστολῇ, ἐπαινῶν καὶ ἀποδεχόμενος αὐτόντε τὸν Ἀττικὸν, καὶ τὸν μετ᾽ αὐτὸν γεγονότα Σισίνιον· καὶ μετὰ Χρυσόστομον τάττων αὐτούς.

Μετὰ Σισίνιον ἐγκατέστη Νεστόριος, καὶ ἡ τρίτη κινηθεῖσα σύνοδος, περὶ ἐγκαταστάσεως τῶν προγεγονότων τούτων πατριαρχῶν, καὶ τῶν χειροτονιῶν αὐτῶν, οὐκ ἠκριβολόγησεν· ἀλλὰ τὸν αἱρετικὸν καθελοῦσα μόνον Νεστόριον, πάντας ἱερεῖς καὶ ἐπισκόπους ὑπὸ Ἀρσακίου δηλαδὴ χειροτονηθέντας Ἀττικοῦτε καὶ Σισινίου πρὸς δὲ καὶ Νεστορίου, ἐδέξατο· πρεσβεύοντας δηλονότι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ μητέρα Θεοτόκον ὁμολογοῦντας.

Μετὰ

d Non ab ipso Attico ordinatus est Episcopus Sisinnius, qui ei in Patriarchatu successit; quo tempore enim diem obiit Atticus, *Presbyteri* tantum officio fungebatur Sisinnius: id quod liquet ex Socr. l. 7. c. 26. Eodem sensu usurpatur vox χειροτονίαι in inferioribus: οἱ αὐτοὶ πάλιν, καὶ αἱ τοῦ Ἀρσακίου χειροτονίαι τὸν Ἀττικόν· πάλιν αἱ τοῦ Ἀρσακίου, καὶ Ἀττικοῦ, τὸν Σισίνιον &c. rursus:

annos Sacerdotii summi functus est munere, Ecclesiæ acceptus. Eorum autem, quos Ordinibus sacris initiaverat, nemo prorsus in discrimen vocatus est. Hæc in Socratis Historiâ memoriæ consignata sunt.

Jam vero ab illis, [d] quibus manus imposuerat *Atticus*, ordinatus est Patriarcha *Sisinius*: atque hic porro *Proclum* in Episcopatum Cyzici ordinavit. Quod si certo scire velis fueritne Atticus ab * Ecclesiâ comprobatus; id quidem exploratissimum est ex S. *Cælestini* Papæ Romæ [e] Epistolâ ad *Nestorium*, quâ & *Atticum*, & Attici successorem *Sisinium*, laudat atque approbat; eoque habet illos numero & loco, quo ipsum *Chrysostomum*.

Post *Sisinium* Patriarchæ dignitatem obtinuit *Nestorius*. Tertium autem quod eo tempore coactum est Concilium de superiorum Patriarcharum institutione, aut de eorum [f] *Ordinationibus* quæstionem nullam habuit: sed exacto duntaxat Hæretico *Nestorio*, Sacerdotes & Episcopos omnes, quos *Arsacius* & *Atticus* & *Sisinius*, atque adeo ipse *Nestorius* ordinaverat, recepit; modo ut Fidem Orthodoxam fuerint professi, & *DEIPARAM* Virginem agnoverint.

Dimisso

rursus: ἐχειροτονήθη Μαξιμιανὸς ὑπὸ τῶν χειροτονιῶν τῶν τεσσάρων τούτων πατριαρχῶν.

* Quam acceptus fuerit *Atticus* Ecclesiæ *Africanæ* vide Justelli *Cod. Can. Eccles. Afric.* p. 331. 405. 409.

e Apud Concil. Ephes. partis 1ª. cap. 18.

f i. e. aut de iis quos illi ordinaverant.

g Non

Dimiſſo Concilio, conſecratus eſt *Maximianus* ab Epiſcopis qui Ordines ſuos deinceps à prædictis iſtis Patriarchis receperant. Hunc in Patriarchatu, ex eâdem Ordinationum ſucceſſione, excepit B. *Proclus*. Hæc memoriæ produntur in *Zonaræ* Hiſtoriâ Chronicâ.

Beatus igitur *Proclus*, neque vero is ſolum, ſed & eo prior *Maximianus*, & *Atticus* & *Siſinius* cum S. *Cyrillo* Communionem foverunt. Poſt Proclum autem porro, ex eadem ſimiliter Ordinationum ſucceſſione, conſecratus eſt *Flavianus*. Vide modo ſeriem ſucceſſionis! Qui *Chryſoſtomum* Sede expulerunt, ordinaverunt *Arſacium*; qui ab eiſdem illis, & *Arſacio*, ordinati ſunt, [g] conſecrarunt *Atticum*; qui ab *Arſacio* & *Attico* ſunt ordinati, [h] conſecrarunt *Siſinium*; *Siſinius* denique *Proclum*, quocum (uti jam dictum eſt) Communionem coluit B. *Cyrillus*. Illud etiam animadverte, *Severianum* Gabalorum Epiſcopum, & *Acacium* Berrhœæ, omnium fere in *Chryſoſtomum* ſcelerum Capita & Artifices, quum poſt aliquanto coram Papâ *Innocentio* ſiſterentur, neque loco motos eſſe ab eo, neque reprehenſos; volente nimirum Papâ ultionem Deo committere.

Eutyche autem Hæretico à B. *Flaviano* in judicium vocato & damnato, Theodoſius

Imp.

g Non enim ab ipſo Arſacio, ſed poſt ejus mortem, ordinatus eſt *Epiſcopus* Atticus. Lege Socr. l. vi. c. 20. & l. vii. c. 2. Sozom. l. viii. c. 27.

h Vide pag. 6.

i Scribe

Μετὰ τὴν σύνοδον, ἐχειροτονήθη Μαξιμιανὸς ὑπὸ τῶν χειροτονιῶν τῶν τεσσάρων τούτων Πατριαρχῶν. Μετὰ δὲ τοῦτον ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ὁ μακάριος Πρόκλος Πατριάρχης ἐγένετο. Ταῦτα ἐμφέρεται τῇ χρονικῇ βίβλῳ τοῦ Ζωναρᾶ.

Ὁ γοῦν μακάριος Πρόκλος, κοινωνὸς τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ, καὶ οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ Μαξιμιανὸς καὶ Ἀττικὸς καὶ Σισίνιος ἐχρημάτιζε. Μετὰ δὲ Πρόκλον, ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας πάλιν, ἐγεγόνει Φλαβιανός. Ὅρα ἀκολουθίαν. Οἱ τὸν Χρυσόστομον καθελόντες, κεχειροτονήκασι τὸν Ἀρσάκιον· καὶ αὐτοὶ πάλιν καὶ αἱ τοῦ Ἀρσακίου χειροτονίαι, τὸν Ἀττικόν· πάλιν αἱ τοῦ Ἀρσακίου καὶ Ἀττικοῦ, τὸν Σισίνιον· αἱ δὲ τοῦ Σισινίου, τὸν Πρόκλον· οὗ κοινωνὸς, ὡς εἴρηται, ὁ μακάριος Κύριλλος. Παρατήρησον γοῦν ὅτι καὶ ὁ Σευηριανὸς Γαβάλων, καὶ ὁ Βερροίας Ἀκάκιος, καὶ πάντα σχεδὸν κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου δόλον συρράψαντες, ἐμφανισθέντες ὕστερον Ἰννοκεντίῳ τῷ Πάπᾳ, οὐχ ὑπέμειναν παρ' αὐτοῦ οὔτε καθαίρεσιν οὔτε ἐπιτίμησιν· τοῦ Πάπα τῷ κυρίῳ τὴν ἐκδίκησιν ἐπιτρέψαντος.

Τοῦ γοῦν μακαρίου Φλαβιανοῦ κρίνοντος καὶ καθελόντος Εὐτυχῆ τὸν αἱρετικὸν, ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς

Θεοδόσιος Διοσκόρῳ τῷ Ἀλεξανδρείας, θεωρῆσαι καὶ ἀναδικάσαι τὰ κατ' Εὐτυχῆ καὶ Φλαβιανόν. Συνάξας γοῦν ὁ Διόσκορος τὴν ἐν Ἐφέσῳ δευτέραν σύνοδον, τὴν καὶ Ληστρικὴν λεγομένην, ἔκρινε, καὶ κατέκρινε, καθεῖλεν, ἐφόνευσε παρὰ πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν τὸν μακάριον Φλαβιανόν· δικαιώσας τὸν αἱρετικὸν Εὐτυχῆ, καὶ ἀντὶ Φλαβιανοῦ χειροτονήσας τὸν Ἀνατόλιον. Ὁρᾷς παρὰ κανόνας χειροτονηθέντα τὸν Ἀνατόλιον ὡς παρὰ φονέως τοῦ Διοσκόρου, καὶ ὡς παρὰ αἱρετικοῦ· τὰ γὰρ Εὐτυχοῦς ἐπρέσβευεν ὁ Διόσκορος. Ἄθρει καὶ ἕτερον· ὁ γὰρ Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, [i] Βασίλειος Σελευκείας, Φώτιος Ἰσαυρίας Ἠπείρου, Εὐστάθιος Βηρυτοῦ, Θαλάσιος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ πᾶσα ἁπλῶς ἡ σύνοδος ἐκείνη, συμπράκτορες γεγονότες τῇ ἀδίκῃ καθαιρέσει Φλαβιανοῦ, καὶ τῇ παρὰ Διοσκόρου παρανόμῳ χειροτονίᾳ Ἀνατολίου, ὅμως ἐν τῇ δ' συνόδῳ οὐκ ἀπεβλήθησαν. πλὴν Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου τῶν τῇ αἱρέσει ἐναπομεινάντων. Τῇ γὰρ ἱερᾷ δ' συνόδῳ περὶ χειροτονιῶν ἀκανονίστων καὶ νόθων πατριαρχῶν οὐκ ἐμέλησε, μόνον ἀπαιτούσῃ παρὰ παντὸς τὸ ὀρθόδοξον. Ὅτι δὲ παρὰ κανόνας Ἀνατόλιος ἀνήχθη, μαρτυρεῖ καὶ Λέων ὁ Πάπας, γράφων

i Scribe Βασίλ. Σελευκείας Ἰσαυρίας, Φώτιος Τύρου, sic passim in Actis Conciliorum Ephesini 2[di] & Chalcedonensis, ut & apud Historicos aliosque Scriptores Eccles.

k Apud

Imp. in mandatis dedit *Dioſcoro*, Patriarchæ Alexandrino, ut de iſtâ inter eos controverſiâ inquiſitionem ac judicium faceret. *Dioſcorus* itaque, convocato ſecundo *Epheſi* Concilio, quod & *Latrocinale* appellatur, judicavit, damnavit, depoſuit, interfecit B. *Flavianum* contra omne Jus Eccleſiaſticum, abſolvit vero Hæreticum *Eutychen*, & in locum *Flaviani* ſuffecit *Anatolium*. Vides itaque *Anatolium* adverſus Canones fuiſſe conſecratum, quippe qui conſecratus erat à *Dioſcoro* homicidâ & Hæretico; nam *Eutychis* Hæreſin *Dioſcorus* fuerat complexus. At ulterius etiam obſerves: Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymorum, Baſilius Seleuciæ *in Iſauria*, *Photius Tyri*, Euſtathius Beryti, Thalaſius Cæſareæ in Cappadociâ, &, ut verbo dicam, Concilium iſtud omne, injuſtæ *Flaviani* depoſitioni, & nefariæ *Anatolii* per Dioſcorum factæ Ordinationi ſuffragia ſua ac operam adhibuere; tamen in Concilio quarto depoſitus eſt nemo præter *Eutychen* & *Dioſcorum*, qui in Hæreſi ſuâ perſiſtebant. Nam ſancto illi Concilio nihil curæ erat circa illegitimos ac ſpurios Patriarchas, hoc unum ſcil. requirenti, ut eſſet unuſquiſque Orthodoxâ Fide præditus. Quod vero adverſus Canones *Anatolius* erat promotus, Auctor eſt quoque *Leo* Papa in [k] Epiſtolâ

[k] Apud Concil. Chalced. partis 3^a cap. 6to.

illâ, quam ad *Marcianum* Imp. de *Anatolio* ſcripſit: ubi ait ſe iſta, quæ ſpectarunt ad illius Conſecrationem, ad examen non revocâſſe, propterea quod ſeſe Orthodoxæ Fidei addiderit. Hæc habentur in Actis illius Concilii quod de Cauſa *Flaviani* ſecundum convocabatur.

Anaſtaſii Imp. temporibus, vigente *Acephalorum* Hæreſi, iſti ipſe Imperator nomen ſuum dedit; & tres Patriarchas ex urbe ejecit, quòd noluerunt impiæ ſuæ Opinioni accedere, quartamque Oecumenicam Synodum anathemate ferire, & cum *Severo* Communionem habere: Viz. *Euphemium*, & *Macedonium* qui in locum illius evectus eſt, injuſte quidem, ſed tamen ab Eccleſiâ non fuit rejectus, quippe fidei Orthodoxæ profeſſor; etenim cum eo Communionem habere *Euphemius* iſte non recuſavit. Tertius fuit *Timotheus*, qui & ipſe illicite, in locum ſc. *Macedonii*, fuerat promotus; eum tamen, orthodoxæ fidei quam confeſſus eſt ergô, non rejecit *Macedonius*. His adde, quod magnus ille *Elias*, Epiſcopus Hieroſolymorum, horum trium Patriarcharum communionem amplexus eſt, idque omnibus ſimul viventibus; dolens quidem quod alter in alterius, adhuc vivi, locum ſucceſſerit, eos omnes tamen recipiens idcirco quod fuerint Orthodoxâ Fide exculti.

Idem

γράφων πρὸς Μαρκιανὸν τὸν βασιλέα περὶ Ανατολίου· ὅτι διὰ τὸ προστεθῆναι αὐτὸν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, εἰάσαμεν τὰ περὶ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας ἀνεξέταστα. Ταῦτα, ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς περὶ Φλαβιανοῦ δευτέρας συνόδου.

Εν ἡμέραις Αναστασίου βασιλέως ἀκμασάσης τῆς τῶν Ακεφάλων αἱρέσεως, προσετέθη δὲ ὁ βασιλεὺς τῇ τοιαύτῃ αἱρέσει· καὶ τρεῖς Πατριάρχας τῆς πόλεως ἤλασε μὴ θελήσαντας τῇ κακοδοξίᾳ συνθέσθαι, δὲ τὴν δʹ σύνοδον ἀναθέματι καθυποβαλεῖν, ἢ κοινωνῆσαι Σευήρῳ· ἤγουν [l] Ευθύμιον· Μακεδόνιον μετ' αὐτὸν ἀναχθέντα, παρανόμως μὲν, διὰ δὲ τὴν αὐτοῦ ὀρθοδοξίαν, οὐκ ἀποβληθέντα· τὴν γὰρ αὐτοῦ κοινωνίαν ὁ δηλωθεὶς [m] Ευθύμιος οὐκ ἀπέφυγεν. ἔπειτα τὸν Τιμόθεον, ἀναχθέντα μὲν καὶ αὐτὸν παρανόμως μετὰ τὸν Μακεδόνιον, οὐκ ἀποβληθέντα δὲ παρὰ Μακεδονίου διὰ τὸ ὀρθόδοξον. Αλλὰ καὶ ὁ τῶν Ιεροσολύμων μέγας Ηλίας, τῶν τριῶν τούτων Πατριαρχῶν τὴν κοινωνίαν ἠσπάσατο, καὶ ταῦτα ζώντων· ἀχθόμενος μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ προλαβόντος καθαιρέσει, δεχόμενος δὲ τὸν μετ' αὐτὸν διὰ τὸ ὀρθόδοξον.

l Lege Ευφήμιον, ex consensu Historicorum omnium.

m Ευφήμιος

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Αναστάσιος καὶ τὸν διαληφθέντα μακάριον Ηλίαν μὴ θελήσαντα συνθέσθαι τῇ κακοδοξίᾳ, τῆς τῶν Ιεροσολύμων ἐκκλησίας ἐξήλασε, καὶ ἐξορίᾳ παρέπεμψε· καὶ τὸν Ιωάννην ἀντ' αὐτοῦ Πατριάρχην Ιεροσολύμων κατέστησεν. Ον καὶ ὡς παρὰ προσδοκίαν τοῦ βασιλέως δημοσίᾳ τὴν ὀρθοδοξίαν κηρύξαντα, ὁ Ηλίας οὐδαμῶς ἀπεβάλετο· καὶ Θεοδόσιος δὲ καὶ Σάβας οἱ σεπτοὶ πατέρες καὶ τῶν τῆς ἁγίας πόλεως ἁπάντων μοναχῶν οἱ προεστῶτες καὶ ἔξαρχοι, καὶ τὸν Ηλίαν ἐν τῇ ἐξορίᾳ ἐπισκεπτόμενοι, ἔστεργον καὶ ἐκοινώνουν αὐτῷ ὡς ἠδικημένῳ Πατριάρχῃ, καὶ τῷ Ιωάννῃ ἐν τῷ θρόνῳ καθημένῳ Ιεροσολύμων αὖθις ἐκοινώνουν ὡς Πατριάρχῃ. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις Ιεροσολύμων, Ηλίου καὶ Ιωάννου τὰ ὀνόματα γέγραπται, Ηλίου καὶ Ιωάννου, λεγόντων, αἰωνία ἡ μνήμη. Ταῦτα ἐν τῷ βίῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Σάβα.

Εν τοῖς καιροῖς Αθανασίου τοῦ μεγάλου, Μάξιμος ὁ Ομολογητὴς Ιεροσολύμων ἦν Πατριάρχης· τῆς γοῦν ἐν Τύρῳ συνόδου προστάξει τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου συναχθείσης τὰ κατὰ τὸν μέγαν Αθανάσιον ἀναθεωρῆσαι, καὶ τοῦ ἁγίου καταψευσαμένης, καὶ ἐρήμην καταδικασάσης αὐτοῦ, φυγὼν ὁ ἅγιος Αθανάσιος

πρὸς

Idem Imp. Anaſtaſius (*prædictum*) beatum *Eliam*, quod impiis ſuis Dogmatis aſſentiri noluerit, condemnavit, eoque ex Eccleſiâ Hieroſolymitanâ expulſo & in exilium acto, *Joannem* Patriarcham conſtituit. Quem, præter Imperatoris expectationem Orthodoxæ Fidei veritatem palam prædicantem, non rejecit *Elias*. Quin & *Theodoſius Sabaſque*, reverendi Patres, omniumque in Urbe ſacrâ Monachorum Primarii atque Rectores, *Eliam* in exilio viſitantes, eum, tanquam Patriarcham injuriam paſſum, charitate ſimul ac Communione complexi ſunt; neque tamen *Joannis*, qui ſedem Hieroſolymitanam tenuit, Communionem refugerunt. Hanc ergo ob cauſam in ſacris Hieroſolymorum *Diptychis*, cum *Eliæ* tum *Joannis* nomen conſcriptum eſt, his verbis: *Eliæ & Joannis æterna memoria.* Hæc (*pleraque*) continentur in [n] *Vita* ſancti magnique *Sabæ*.

Tempore *Athanaſii* magni *Maximus Confeßor* Patriarcha fuit *Hieroſolymis*: Synodo igitur juſſu *Conſtantini Magni Tyri* coactâ, quæ Cauſam *Athanaſii* magni cognoſceret, *Athanaſius* ab eâ, criminibus ipſi affictis, indicta cauſa abſens damnatus eſt; qui ad *Maximum* Hieroſolymis fugâ perveniens,

n Autore *Cyrillo Scythopol.* cap. 56. 57. &c. *Cotel.* Mon. Eccleſ. Gr. Tom. III.

o *Acacius.*

ens, eum ſibi aſylum conſtituit. *Maximus* igitur, indicto privato Concilio, omnia, quæ contra *Athanaſium Tyri* decreverat Synodus, irrita fecit, eique Patriarchalem dignitatem reſtituit, & *Conſubſtantiale* ratum habuit. Ea propter [o] Epiſcopus Cæſareæ Paleſtinææ *Maximum* injuſte deponit, & in locum ejus ſtatuit *Cyrillum*, Arianæ Hæreſeos principem, ſed qui tandem reſipiſcens Orthodoxis ſeſe adjunxit, & ab Eccleſiâ lubenter exceptus, vir plane diviniſſimus extitit. Hic animadvertas licet, quod à *Cyrilli* Communione non diſceſſerit *Maximus*. Atque hanc ob cauſam quod eandem uterque Fidem profeſſus eſt, in [p] Albo uterque Sanctorum adnumeratur. Hæc (*magnam partem*) in *Athanaſii* magni *Vita* reperias.

Imperante Juſtiniano *Eutychius* ex *Amaſia* oriundus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Vir ſanctus Deoque charus, injuſte fuit depoſitus & civitate pulſus. Hujus vero in locum ſuffectus eſt *Joannes*. *Eutychius* autem, injuſte licet de Cathedrâ dejectus, à Communione tamen *Joannis* non ideo ſe ſeparavit. Uterque itaque Eccleſiæ acceptus fuit.

Eodem imperante, *Anthimus* Trapezuntis Epiſcopus, ad Pontificalem Regiæ urbis Sedem tranſlatus, quod Hæretice ſentire deprehenſus

o *Acacius*.

p In Eccleſiæ Diptychis eorum utriuſque nomen conſcriptum eſt.

q Corrupte

πρὸς Μάξιμον ἐν Ιεροσολύμοις κατέλαβεν. Ο δὲ θεῖος Μάξιμος σύνοδον ἰδίαν κροτήσας, ἄκυρα τὰ ἐν τῇ Τύρῳ γενόμενα κατὰ Αθανασίου πεποίηκε· καὶ αὐτὸν ἀνωρθώσατο, καὶ ἐπεκύρωσε καὶ τὸ Ομοούσιον. Επειτα ὁ Καισαρείας Παλαιστίνης διὰ ταῦτα τὸν Μάξιμον ἀδίκως καθελὼν, κατέστησε Κύριλλον, κορυφαῖον μὲν ὄντα τῆς Αρείου αἱρέσεως, ὕστερον δὲ ἐκ μεταμελείας τῷ Ομοουσίῳ προσθέμενον, καὶ παρὰ τῆς ἐκκλησίας προσδεχθέντα πάντη ἀσμένως, καὶ μέγαν ἅγιον χρηματίσαντα. Σκόπει ὅτι τῆς τοῦ Κυρίλλου κοινωνίας οὐκ ἀπέστη ὁ Μάξιμος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀμφότεροι ἅγιοι, ὡς τὴν αὐτὴν πίστιν πρεσβεύοντες. Ταῦτα ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Αθανασίου βίῳ.

Εν ἡμέραις Ιουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως Εὐτύχιος ὁ ἀπὸ Αμασείας Πατριάρχης γενόμενος Κωνσταντινουπόλεως, ἀνὴρ ἅγιος καὶ φίλος Θεοῦ, καθῃρέθη ἀδίκως, καὶ τῆς πόλεως ἐξωρίσθη· ἀντεισήχθη δὲ Ιωάννης. Ο γοῦν Εὐτύχιος διὰ τὸ ἀδικηθῆναι τῆς κοινωνίας Ιωάννου οὐκ ἀπεχωρίσθη. Διὸ καὶ ἀμφότεροι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐδέχθησαν.

Εν ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, Ανθιμος, τῆς Τραπεζοῦντος ἐπίσκοπος, μετατεθεὶς ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, αἱρετικὰ φρονεῖν φωραθεὶς

καθῃρέθη ὑπὸ τοῦ Πάπα Αγαπητοῦ· αἱ δὲ τούτου χειροτονίαι ἐδέχθησαν· Μηνᾶν τὸν ἁγιώτατον ἀντ' αὐτοῦ τοῦ θείου Αγαπητοῦ καταστήσαντος.

Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν Μονοθελητῶν ἐπικρατησάσης αἱρέσεως, καὶ δὴ κατὰ διαδοχὴν Μονοθελητῶν Πατριαρχῶν γεγονότων, Σεργίου, Πύρου, (l. Πύῤῥου) Παύλου, καὶ [q] ἑτέρου, καὶ πολλὰς ὡς εἰκὸς χειροτονίας ποιησάντων, οὐδεμία τούτων ἀπόβλητος γέγονεν· εἰ μόνον τὴν αἵρεσιν ἀπεβάλετο καὶ ἀνεθεμάτισε. Αλλ' ὑπὸ τῆς ϛ'. συνόδου καὶ Γεωργίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως οἱ πάντες ἐδέχθησαν.

Ιουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ὁ Ρινότμητος, τὸ δεύτερον ἀναγορευθεὶς, καθεῖλε καὶ ἐξώρισεν ἀδίκως τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Καλλίνικον, καταστήσας ἀντ' αὐτοῦ τὸν [r] ἐξ Αμάστριδος ἔγκλειστον Κῦρον. Ορα τὸν Καλλίνικον οὐκ ἀποσχισθέντα τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ Κύρου, ἀλλὰ τὸ ἀδικηθῆναι· τὸν δὲ Κῦρον δεδεγμένον τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν αὐτοῦ χειροτονιῶν.

Αρτέμιος, ὁ καὶ Αναστάσιος, τῆς βασιλείας ἐπιλαβόμενος, τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἐκβιώσαντος, μετά-

q Corruptè haud dubio pro Πέτρου, quo nomine passim in Actis Concilii Sexti & apud Historicos quartus iste appellatur.

r Μοναχὸς ἀπὸ Αμάστριδος νήσου. *Niceph. Cal.* Catal. Patriarch. CP. MS.

s Non satis concesserat Patriarcha iste, sed ab Imp. depositus est tanquam *Monothelita*. Zonaras *Tom.* 2. p. 98. Οὗτος ὁ Αρτέμιος τὸν πατριάρχην Ιωάννην τοῦ Αρχιερατικοῦ καταπαύσας θρόνου, ὡς μὴ ὀρθόδοξον ἔτι τὰ τῆς ἐκκλησίας κρατήσαντα, μεθίστησιν ἐκ Κυζίκου Γερμανόν. Itaque cum ita sit, & cum vox ἐκβιώσαντος haud alibi uspiam

deprehenſus fuerit ab *Agapeto* Papa depoſitus eſt, qui in ejus locum ſanctiſſimum *Menam* promovit.

Progreſſu temporis, obtinente *Monothelitarum* Hæreſi, quatuorque Patriarchis Monothelitis invicem in Solio Patriarchali ſuccedentibus, multoſque, uti credibile, ordinantibus, nempe *Sergio*, *Pyrrho*, *Paulo*, & *Petro*, nemo tamen illorum qui ab eis fuerant ordinati, rejectus eſt, modo Hæreſin ſuam retractaret, & anathematizaret, ſed à ſexto Oecumenico Concilio, & *Georgio* Patriarchâ Conſtantinopolitano, ſunt omnes comprobati.

Juſtinianus Imp. qui *Rhinotmetus* audiit, imperio ſuo, unde fuerat dejectus, reſtitutus, injuſte depoſuit, ac in exilium exterminavit ſanctiſſimum Patriarcham *Callinicum*, & in locum ejus ſuffecit *Cyrum*, ex [r] *Amaſtride* Monachum. Jam licet advertas, *Callinicum* ab Eccleſiæ & *Cyri* Communione, propterea quod fuerat è Sede injuſte dejectus, non receſſiſſe, ſed *Cyrum*, cum omnibus illis quos Ordinibus Eccleſiaſticis ornaverat, ab Eccleſiâ fuiſſe receptum.

Artemius, qui & *Anaſtaſius*, occupato imperio, quum Epiſcopus Urbis fatis [s] conceſſerat,

piam occurrat, quidni ſubſtituatur ἐκδιωχθέντος, aut potius ἐκπεσόντος. Sic apud *Iſocratem* ἐκπεσόντες βασιλεῖς *exacti reges*: Idem, ἐκπεσὼν παρ' ἡμῶν *à nobis patriâ ejectus*. Plutarchus, ἐξέπεσεν τῶν Ἀθηναίων *pulſus eſt Athenis*. Monothelitam autem fuiſſe *Joannem* iſtum, oſtendit *Nicephori Calliſti* Catalogus Patriarcharum CP. MS^tus ſeu iſtius quidam Interpolator.

 t Maria

cesserat, accersitum sanctissimum *Germanum*, Episcopum *Cyzici* , Pontificalibus Ecclesiæ Constantinopolitanæ infulis ornavit. Tum sceptri Imperialis potitus est *Leo Isaurus*, & impetu quodam furibundo in sacras Imagines debacchatus, sanctum *Germanum* in exilium ejecit, & Sedi Patriarchali *Anastasium* substituit. Sex igitur & quinquaginta annis elapsis, Concilium septimum habitum est, cui *Tarasius* præsedit; qui quidem ante Concilium fuit ordinatus; ab Episcopis Orthodoxis, an ab Iconomachis, incertum. Omnes vero qui Hæresin istam abjurarunt, Concilio illi accepti sunt.

Sub S[ti] autem *Tarasii* Patriarchatu hujusmodi quiddam contigit. *Constantinus* qui tunc imperium gessit, legitima sua [t] uxore repudiata,& vestem Monachalem,invita licet, induta, in uxorem duxit [u] aliam quæ ipsa vitam exercuerat [x] Monachalem; ideoque ex expressa Evangelii declaratione manifestus factus est Adulter. *Tarasio* igitur Patriarchâ nefarias ejus nuptias Ecclesiasticis Ritibus celebrare renuente, *Josephus*, [y] Oeconomus Ecclesiæ, eos connubio jungere ausus est, ideoque se depositioni obnoxium reddidit. Quum vero illum deponere aggressus est Patriarcha, ab Imperatore deterritus est, minitante scil. se

Hæresin

t Maria.
u Theodoten.

x Theophani & Zonaræ Κȣβικȣλαρία.

y In

μετάπεμπτον πεποίηκε τὸν ἁγιώτατον Γερμανὸν Κυζίκου ὄντα, καὶ Πατριάρχην τοῦτον ἀποκατέστησεν· Ἐπελάβετο τῶν σκήπτρων ὁ Ἴσαυρος Λέων· καὶ ὡς κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐλύττησε, τὸν ἅγιον Γερμανὸν ἐξορίᾳ παραπέμψας, Ἀναστάσιον τῷ θρόνῳ ἀποκατέστησε. Παραδραμόντων γοῦν ἓξ πρὸς τοῖς πεντήκοντα χρόνων, ἡ ζ. συνεκροτήθη σύνοδος, Ταρασίου ταύτης ἐξάρχοντος· ὃς πρὸ τῆς συνόδου κεχειροτόνητο, ἄδηλον εἰ ὑπὸ εἰκονομάχων ἢ ὀρθοδόξων. Καὶ πάντες οἱ τῇ εἰκονομαχίᾳ ἐμπεσόντες ἀναθεματίσαντες τὴν αἵρεσιν, προσεδέχθησαν.

Ἐπὶ δὲ τοῦ ἁγίου τούτου Ταρασίου, καὶ πρᾶγμα συνέβη τοιοῦτον. Κωνσταντῖνος ὁ τότε βασιλεὺς τὴν κατὰ νόμους αὐτοῦ γαμετὴν ἀποβαλὼν, καὶ ἄκουσαν αὐτὴν τὸ μοναχικὸν σχῆμα περιβαλὼν, ἑτέραν ἠγάγετο μοναχὴν οὖσαν καὶ αὐτήν· καὶ μοιχὸς ἀκριβὴς κατὰ τὴν Εὐαγγελικὴν φωνὴν ἐχρημάτισε. Τοῦ τοίνυν Πατριάρχου Ταρασίου μὴ θελήσαντος ποιῆσαι τὴν ἱερολογίαν τοῦ γάμου ἐπὶ τῷ βασιλεῖ διὰ τὴν παρανομίαν, ὁ τῆς ἐκκλησίας οἰκονόμος Ἰωσὴφ, τολμήσας ταύτην πεποίηκε· καὶ καθαιρέσει ἑαυτὸν ὑπόδικον κατεστήσατο. Καὶ ὁ μὲν Πατριάρχης καθαιρῆσαι τοῦτον ἐπιχειρήσας, ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐκω-

y In Ecclesia CP. post Patriarcham secunda dignitas.

λύθη, φάσκοντος τὴν εἰκονομαχίαν πάλιν ἀνακαινίσαι, εἰ καθαιρεθείη ὁ Ἰωσήφ· ὃ καὶ τὸν Πατριάρχην τὸν Ἰωσὴφ παρεβιάσατο καὶ ἄκοντα δέξασθαι. Ὁ δὲ μακάριος Θεόδωρος ὁ τῶν Στουδίου ἡγούμενος, ἀφορίσας ἑαυτὸν καὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ βασιλέως, τοῦ μὲν ὡς μοιχοῦ, τῆς δὲ ἐκκλησίας, ὅτι τὸν μοιχοζεύκτην Ἰωσὴφ παρεδέξατο, ἔπαθεν ὑπὸ τοῦ βασιλέως μυρία δεινά. Εἶτα ἐτυφλώθη ὁ Κωνσταντῖνος· ἐπελάβετο τῆς βασιλείας ἡ μήτηρ αὐτοῦ Εἰρήνη. Ἀνεκαλέσατο τὸν μακάριον Θεόδωρον· ἐπήνεσε δὲ καὶ ἀμφοτέρους, Ταράσιον καὶ Θεόδωρον· τὸν μὲν ὡς οἰκονομίαν ποιήσαντα, τὸν δὲ ὡς τηρήσαντα τὴν ἄγαν ἀκρίβειαν. Καὶ καθαιρεθέντος παρὰ τοῦ Πατριάρχου τοῦ αἰτίου τῆς διαστάσεως Ἰωσήφ, ἡνώθησαν ἀμφότεροι Ταράσιος καὶ Θεόδωρος. Μετὰ ταῦτα ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας ἡ Εἰρήνη· ἥρπασε ταύτην Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν· κατέλυσε τὸν βίον καὶ ὁ Ταράσιος. Κατέστησεν ὁ τοιοῦτος βασιλεὺς ὁ Νικηφόρος Πατριάρχην ἕτερον, τὸν θεοφόρον Νικηφόρον. Βιασθεὶς οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως ὁ ἅγιος Νικηφόρος, ἐδέξατο πάλιν καὶ αὐτὸς τὸν Ἰωσήφ, ἤδη καθαιρεθέντα ὑπὸ Ταρασίου, καὶ πάλιν ἀπεσχίσθη τῆς ἐκκλησίας Θεόδωρος. Χρόνου παρελθόντος ὀλίγου, καὶ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου παρελθόντος, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ υἱοῦ

αὐτοῦ

Hæresin Iconomachiæ revocaturum, si modo depositus esset *Josephus*: quod eum, quamvis invitum, coegit *Josephum* recipere. Beatus vero *Theodorus*, Monachorum *Studii* Abbas, ab Ecclesiæ simul ac Imperatoris Communione se subduxit; ab hujus quidem, tanquam Adulteri, ab illius vero, quod *Josephum* autorem istiusmodi Conjugii excepisset: & ab Imperatore propterea sexcenta graviora mala sustinuit. Posthæc, occœcato *Constantino*, imperium suscepit Mater ejus *Irene*; quæ beatum simul *Theodorum* revocavit, & utrosque, cum illum, tum etiam *Tarasium*, laudibus cumulavit, illum, quod fideliter adeo consuluerit Ecclesiæ Disciplinæ, hunc, quod tanta cum providentia ab Ecclesia malum propulerit. Deposito igitur à Patriarcha *Josepho* qui Schismatis causa extiterat, ii rursus inter se Communionis vinculo conjuncti sunt. Post hæc gesta, imperio excidit *Irene*, & Rerum habenas arripit *Thesaurarius* Nicephorus, vitæque cursus à *Tarasio* conficitur. In ejus locum constituit Imperator sanctissimum *Nicephorum*. Hic igitur, coactus ab Imperatore, *Josephum*, à *Tarasio* depositum, iterum restituit: quapropter rursus ab Ecclesiâ se separat *Theodorus*. Non multo interveniente tempore, fato functus est Imperator *Nicephorus*, nec longo post intervallo è vita quoque excessit filius ejus

ejus *Stauracius*. Dein Thronum Imperialem conſcendit *Michael Curopalates*. Hac arreptâ occaſione, *Joſephum* iterum deponit beatus *Nicephorus*, & cum ſancto *Theodoro* in gratiam ac Communionem redit. Cæterum quæ exilii temporibus in *Taraſium* probroſe locutus eſt ſanctus *Theodorus*, iſta non comprobata fuere ab Eccleſia, ſed damnata tanquam ab iracundia ſive ſimultate manantia. In hunc enim modum *Saccudiotas* ſive *Studiotas* alloquitur ſanctus Methodius. *Nam beatus Abbas veſter, niſi retractaſſet quæ contra ſanctos Taraſium ac Nicephorum dixit, non ſane nobiſcum ſacra adminiſtraſſet, in Communionem non eum recepiſſemus.* Hæc leguntur in ſancti *Niconis* libro ſecundo, in una Epiſtolarum *Methodii.* Idem vero ſanctus *Methodius* in ultimo ſuo Teſtamento, quod moriturus fecit, de *Studiotis* iis, qui cum Eccleſia Catholica communicare recuſarunt, ita decrevit: *Si reſipiſcentes ad Catholicam Eccleſiam accedant, & Schiſmati renuncient, tanquam ſimpliciter Chriſtiani excepti ſunto: ad ſacerdotium vero nequaquam admittantur.* Et in *Eccleſiæ Synodico*, uti omnes probe

z Μικροψυχία *Iracundia, ſimultas,* quæ *Animi puſilli* eſt paſſio. Eodem ſenſu uſurpatur *Concilii Nicæni* Can. V. ἐξεταζέσθω δὲ, μὴ μικροψυχίᾳ ἢ φιλονεικίᾳ ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γένωνται. *Examinetur autem, nunquid vel ſimultate, vel contentione, vel aliquâ ejuſmodi Epiſcopi acerbitate, congregatione pulſi ſunt.* Zonaras in Com. διὰ θυμὸν ἴσως ἢ μικροψυχίαν. *Animoſitas* vertitur ab antiquo Interprete Canonum. S. *Chryſoſtomus* 17. Hom. ad 1. Cor. de Mariti uxoriſque jurgiis.

Ἐπειδὴ

αὐτοῦ Σταυρακίου, μετὰ μικρὸν ὁ Κουροπαλάτης Μιχαὴλ εἰς βασιλέα καθίσταται. καὶ πάλιν ὁ μακάριος Νικηφόρος καιροῦ δραξάμενος καθαιρεῖ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τῷ ὁσίῳ Θεοδώρῳ ἑνοῦται. Πλὴν ἅπερ ὁ ἅγιος Θεόδωρος ἐν τῷ καιρῷ τῶν αὐτοῦ ἐξοριῶν ἐλάλησεν ἀπόφημα κατὰ τῶν ἁγίων Ταρασίου καὶ Νικηφόρου, ταῦτα οὐκ ἐλογίσθησαν δεκτὰ, ὡς ἀπὸ [z] μικροψυχίας λαληθέντα. Λέγει γὰρ ὁ ἅγιος Μεθόδιος πρὸς τοὺς Σακκουδιώτας ἤτοι τοὺς Στουδιώτας, οὕτως. Ο γὰρ μακάριος ἡγούμενος ὑμῶν εἰ μὴ ἀπεβάλετο ἃ εἶπε κατὰ τῶν ἁγίων Ταρασίου καὶ Νικηφόρου, οὐκ ἂν συνελειτούργει ἡμῖν· οὐκ ἂν εἰς κοινωνίαν ἐδεχόμεθα αὐτόν. Ταῦτα εὕρηται ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Νίκωνος δευτέρῳ βιβλίῳ, ἐν μιᾷ τῶν Μεθοδίου ἐπιστολῶν. Ο αὐτὸς δὲ ἅγιος Μεθόδιος καὶ ἐν τῇ ἐπιτελευτίῳ διαθήκῃ αὐτοῦ, οὕτω περὶ τῶν Στουδιωτῶν διατάττεται, τῶν μὴ θελόντων κοινωνῆσαι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. Οτι ἐὰν μεταμεληθέντες προσέλθωσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀποβαλόμενοι τὸ σχίσμα, δεχθήτωσαν ὡς ἁπλῶς Χριστιανοὶ, εἰς ἱερωσύνην δὲ μηδέποτε προαχθήτωσαν. Καὶ ἐν τῷ τῆς Ἐκκλησίας Συνοδικῷ, ὡς ἴσασι πάντες,

πάντα

[z] Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἐγκράτειαν καὶ δι' ἄλλας προφάσεις καὶ μικροψυχίας γίνεσθαι διαιρέσεις συνέβαινε. Sic S. *Cyrillus Alex.* in Cap. IV. *Jonæ*, de Jonâ irascente: Μικροψυχεῖ ὡς ἄνθρωπος.

a Nisi

πάντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Ταρασίου καὶ Νικηφόρου λαληθέντα καὶ γραφέντα ἀναθέματι ὑποβάλλονται). Πρὸς τούτοις εὕρηται ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει τοῦ Στουδίτου γεγραμμένον καὶ τοῦτο· ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἐποίησεν ὁ ὅσιος Θεόδωρος ἀποσχίσας ἑαυτὸν τῆς κοινωνίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Ταρασίου καὶ Νικηφόρου· αὐτοὶ γὰρ ἦσαν τότε ἡ ἐκκλησία. Εἰ γὰρ καὶ τοῦ τυχόντος ἱερέως οὐ δυνάμεθα σχισθῆναι χωρὶς αἱρέσεως, πόσῳ μᾶλλον τοιούτων ἁγίων ὀρθοδόξων Πατριαρχῶν, φωστήρων τῆς οἰκουμένης. Ἀλλ᾽ ὅμως εἰ καὶ συναρπαγεὶς ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος εἰργάσατο τὸ τοιοῦτον σχίσμα, ἀλλὰ πάλιν ἐν ὑστέροις αὐτὸ ἀπεβάλετο, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν διωρθώσατο. Ὡς ὁ ἅγιος Μεθόδιος ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ ἐπιστολῇ παρεδήλωσε. Καὶ ἐπληρώθη ἐπὶ τῷ ἁγίῳ Θεοδώρῳ τὸ τοῦ προφήτου Δαβίδ. Ὅταν πέσῃ, οὐ καταραχθήσεται, ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ.

Βασιλευσάντων τοίνυν κατὰ διαδοχὴν τοῦτε Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου, Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Θεοφίλου ἐπὶ ἐνιαυτοῖς κϛʹ, οὐδεὶς ἀρχιερεὺς ὀρθόδοξος ἐγεγόνει, ἀλλὰ πάντες εἰκονομάχοι καὶ τὰ τῶν βασιλέων ἐπρέσβευον. Καὶ μετὰ θάνατον Θεοφίλου ἡ σύζυγος αὐτοῦ ἡ μακαρία

Θεο-

probe sciunt, quæcunque adversus sanctos *Tarasium* & *Nicephorum*, aut dicta unquam, aut scripta fuerunt, anathemate feriuntur. Adhæc, de eodem *Studitæ* Negotio hoc quoque scriptum invenitur, Quod sanctus *Theodorus* non recte fecit, ab Ecclesiæ Catholicæ Communione, sanctisque Patriarchis *Tarasio* atque *Nicephoro* discedens: Ipsi enim tunc erant Ecclesia. Si enim ne à vulgari aliquo Sacerdote, absque [a] Hæreseos crimine, possimus recedere, quanto certe minus abs sanctis hisce Orthodoxisque Patriarchis, totius terrarum Orbis Luminaribus. Verumenimvero, licet eo usque correptus fuerit beatæ memoriæ *Theodorus*, ut Schismatis hujus autor evaderet, postea tamen palinodiam cecinit, & ad frugem meliorem se recepit: id quod ex prædictà *Methodii* Epistolâ satis patet. Et in sancto illo Viro illud Prophetæ Davidis completum est: *Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum ei.*

Imperantibus autem secundum successionem per viginti & sex annorum spatium, Leone Armenio, Michaele Traulo, Filioque ejus Theophilo, nullus Orthodoxæ fidei Pontifex erat, verum ad unum omnes in Iconomachorum Hæreticorum castra transierunt, opinionesque Imperatorum secuti sunt. Post mortem vero Theophili, Uxor ejus, beata

[a] Nisi sit Hæreticus.

Theodora, aſſentiente etiam Synodo, Patriarchali Sedi ſuffecit ſanctum *Methodium.* Poſt illum *Ignatius* magnus ad Dignitatem illam evectus eſt.

Imperium deinceps unà cum *Theodora* moderante *Michaele*, Is [b] qui *Cæſaris* titulo tunc temporis ornatus eſt, propterea quod cum Filii ſui Uxore inceſte conſueſceret, à ſancto *Ignatio* gravem tulit reprehenſionem, & ſententiâ Excommunicationis percuſſus eſt. Idcirco ille, ut ex Imperatoris mollicie permiſſum illi erat fere quicquid adlubitum ſit facere, *Ignatium* Sede deturbavit, atque in exilium expulit, & Patriarchatum *Photio* tradidit.

Poſt hæc Imperii Corona ad *Baſilium Macedonem* devoluta eſt; qui ſtatim ejecto *Photio*, *Ignatium* rurſus ſubſtituit: Mortuo autem *Ignatio*, *Photium* denuo conſtituit. Hoc vero plane mirandum; quod is nimirum, qui, tanquam Adulter atque Uſurpator, Sede Patriarchali fuit dejectus, ad eandem denuo, quaſi omnis criminis expers, eveheretur. Utcunque ſit: Eccleſia utroſque, tanquam Orthodoxos, excipit, & (in Diptychis) hiſce verbis honorat, *Ignatii, Photii, Stephani, Antoniique, ſanctiſſimorum Patriarcharum, æterna memoria: & quæcunque contra Ignatium, Photium, Stephanum, atque Antonium, Patriarchas ſanctiſſimos, dicta ſunt, Anathema.* Hic

Θεοδώρα τὸν ἅγιον Μεθόδιον σὺν τῇ συνόδῳ τῷ θρόνῳ ἀποκατέστησε. Καὶ μετὰ τὸν ἅγιον Μεθόδιον, Ἰγνάτιος ὁ μέγας εἰς τὸν θρόνον ἀνάγεται.

ᶜ Βασιλεύοντος γοῦν τηνικαῦτα Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας, ὡς συνεφθείρετο τῇ αὐτοῦ νύμφῃ, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τοῦ ἱεροῦ Ἰγνατίου ἠλέγχετο σφοδρῶς καὶ ἀπεβουκολεῖτο τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς κοινωνίας, δυνάμενος ὁ Καῖσαρ τὰ πολλὰ διὰ τὸ ἄγχιν τῆς τοῦ βασιλέως χαύνωσιν ὅπου καὶ βούλεται, καθεῖλε καὶ ἐξώρισε τὸν Ἰγνάτιον, καὶ ἀνεβίβασε τὸν Φώτιον ἀντ' αὐτοῦ.

Μετὰ ταῦτα βασιλεύει Βασίλειος ὁ Μακεδὼν, καὶ παραυθὺς ἐκβάλλει τὸν Φώτιον καὶ πάλιν ἀποκαθιστᾷ τὸν Ἰγνάτιον. Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Ἰγνατίου, πάλιν τὸν Φώτιον ἀνεβίβασεν. Ὃ καὶ θαυμαστόν· εἰ γὰρ ὡς μοιχὸς καὶ ἐπιβάτης τοῦ θρόνου κατηνέχθη, πῶς πάλιν ὡς ἀθῷος εἰς τὸν θρόνον ἀνήχθη; πλὴν ἡ ἐκκλησία δέχεται καὶ ἀμφοτέρους, καὶ τιμᾷ ὡς ὀρθοδόξους, λέγουσα, Ἰγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου καὶ Ἀντωνίου, τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν, αἰωνία ἡ μνήμη· καὶ τὰ λαληθέντα κατὰ Ἰγνατίου καὶ Φωτίου καὶ Στεφάνου καὶ Ἀντωνίου, τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν, ἀνάθεμα.

b Bardas Cæsar. Vide *Zonaram* Tom. 2. p. 161. cum *Leone Gram.* *Cedreno* &c. Fuit *Cæsar* Titulus dignitatis ab *Imperatore* proximus.

c Scribe Βασιλευόντων.

Παρατήρει δὲ καὶ σὺ πάλιν ὁ ἀκροατὴς ὅτι οὐδὲ ὁ ἱερὸς Ιγνάτιος διὰ τὸ ἀδίκως ἐξωσθῆναι τοῦ θρόνου, τῆς κοινωνίας ἐσχίσθη Φωτίου, ἢ τὸν λαὸν ἀνέπεισε σχίζεσθαι. Τοῦτο γὰρ σκοπὸς ἐν πάσαις ταῖς ἀναγεγραμμέναις ἱστορίαις, τὸ δεῖξαι ὅτι ἕκαστος τῶν Πατριαρχῶν ἀδίκως καὶ ἀκανονίστως ἐξωθούμενος τοῦ οἰκείου θρόνου, τὸν ἑαυτοῦ διάδοχον οὐκ ἀπέφευγεν, οὐδὲ τὸν λαὸν ἐδίδασκε σχίζεσθαι τῆς ἐκκλησίας· ἀλλ᾽ ἐκοινώνει καὶ αὐτὸς καὶ ὁ λαὸς, μόνον εἰ ὁ διάδοχος αὐτοῦ, ὀρθόδοξος ἐσχημάτιζε.

Μετὰ ταῦτα Λέων ὁ τοῦ Βασιλείου υἱὸς τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος, ὃν εὗρεν ὀρθόδοξον Πατριάρχην κατήγαγε, καὶ ἐγκατέστησε Στέφανον τὸν ἴδιον ἀδελφόν· ὑγιῆ μὲν καὶ αὐτὸν περὶ τὴν πίστιν καὶ ὀρθόδοξον, ὅμως παρὰ τοὺς κανόνας ἀναχθέντα. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο σχίσμα ἐπιγέγονε τῇ ἐκκλησίᾳ· δεκτὸς γὰρ παρ᾽ αὐτῆς καὶ ὁ Στέφανος. Ιγνατίου γὰρ, φησι, Φωτίου, Στεφάνου τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν αἰωνία ἡ μνήμη.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Λέων ὁ Σοφὸς, τὸν ἐννομώτατον Πατριάρχην Νικόλαον μὴ θέλοντα συντεθῆναι τῇ αὐτοῦ τετραγαμίᾳ, κατέσπασε τοῦ θρόνου, ἄνδρα βεβοημένον ἐπὶ ὀρθοδοξίᾳ, καὶ ἀγωνισάμενον τὰ πολλὰ καὶ ἐναντιωθέντα τῷ βασιλεῖ βουλομένῳ νομοθετῆσαι τὴν τετραγαμίαν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς πολι-

Hic vero rurſus Auditor animadvertas, quod neque S[tus] *Ignatius*, etſi Sede injuſte pulſus, à *Photii* Communione ſe ſeparavit, aut Populo perſuaſit diſcedere. Hic enim in hiſce univerſis Narrationibus ſcopus eſt, oſtendere ſcilicet, quod nemo Patriarcharum, qui injuſte ex Sede, præterque Canones ejecti ſunt, à ſuo Succeſſore ſe ſeparavit, aut Populo in Schiſma abire perſuaſit; ſed quod illi cuncti una cum populo manſerunt in Eccleſiæ Communione, modo ut eorum Succeſſores Orthodoxâ fide claruerint.

Poſt hæc *Leo Baſilii* F. ſuſcepit Imperium; Orthodoxum vero eum, quem in Throno invenit, Patriarcham, depoſuit, & *Stephanum*, fratrem ſuum, Patriarcham inſtituit; ſanum quidem eum quoad Fidem, veruntamen præter Canones promotum. Sed neque diviſio propter hæc in Eccleſiâ facta. Nam & *Stephanus* ab eâ receptus eſt, ſic nimirum (in Diptychis) dicente: *Ignatii, Photii, Stephanique, ſanctiſſimorum Patriarcharum, æterna memoria.*

Idem vero Imp. Leo, qui & *Sapiens* cognominatus eſt, exturbavit Solio Patriarcham legitimum *Nicolaum* Virum ob fidem Orthodoxam celeberrimum, quod quartis ſuis Nuptiis aſſentiri recuſaverit, & ſtrenue ſibi obſtiterit, conanti Legem ſancire de Conjugio quarto ineundo, ut id in poſterum pro licito habere-

haberetur. Hujus vero in locum ſubrogavit *Euthymium* Syncellum. Jam rurſus Auditor obſervet quod prædictus Patriarcha *Nicolaus*, nec ipſe ab Eccleſiâ Catholicâ Euthymioque ſe ſeparavit, nec populum ad recedendum permovit: nempe quia, ut cuivis conſpicuum, Orthodoxam Fidem *Euthymius* profeſſus eſt.

Morte autem ſublato *Leone* Imp. Frater ejus *Alexander* adeptus Imperium, è Sede Patriarchali *Euthymium* ejecit, *Nicolaumque*, qui adhuc in vivis erat, reſtituit. Neque tamen ii, qui ab *Euthymio* olim fuerunt ordinati, rejecti ſunt, ſiquidem ipſi nimirum Orthodoxæ fuerunt Fidei, & ab Orthodoxo conſtituti Epiſcopo. Hæc in Hiſtoriâ ſuâ tradidit *Zonaras*.

Imperator *Manuel*, *Coſma Attico* Patriarchâ, Viro probitatis ſummæ, ſingulariſque pietatis, à Patriarchatu injuſte expulſo, alterum quendam in locum ejus ſubſtituit. *Coſmas* vero, etſi injuſtam depoſitionem ægre tulerit, neque ipſe tamen ab Eccleſiæ Catholicæ Communione ſe ſubtraxit, neque Populo ſe ſeparare perſuaſit. Is in uterum Auguſtæ execratus fuit *ne mares liberos pariat*. Quod & ratum erat. Nam *Alexius* Imperator ex *Maria* poſteriore, quæ ex genere erat *Latinorum*, natus eſt. Quo tempore autem hanc execrationem in Auguſtam conferebat Coſmas Patriarcha, *Stephano* quodam *Conto-*

Stephano

πολιτεύεσθαι· τὸν δὲ σύγκελλον Εὐθύμιον ἀνεβίβασε. Σκόπησον καὶ πάλιν ὁ ἀκροατὴς, ὡς ὁ δηλωθεὶς Πατριάρχης Νικόλαος οὐκ ἀπεσχίσθη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ Εὐθυμίου, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λαὸν ἐδίδασκε σχίζεσθαι· δῆλον πάντως ὅτι διὰ τὴν ὀρθοδοξίαν.

Ἀλλὰ καὶ τοῦ βασιλέως Λέοντος ἀποθανόντος, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου βεβασιλευκότος καὶ τὸν μὲν Εὐθύμιον καταγαγόντος τοῦ θρόνου, ἀναβιβάσαντος δὲ τὸν Νικόλαον, ἔτι γὰρ ἔζη, ὅμως αἱ Εὐθυμίου χειροτονίαι οὐκ ἀπεβλήθησαν, ὡς ὀρθόδοξαι καὶ παρὰ ὀρθοδόξου γεγονυῖαι. Καὶ ταῦτα ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ζωναρᾶ.

Ὁ Βασιλεὺς Μανουὴλ Κοσμᾶν τὸν Ἀττικὸν Πατριάρχην, ἄνδρα πλήρη εὐλαβείας καὶ ἀγαθότητος, ἀδίκως τοῦ θρόνου κατασπάσας, ἕτερον ἀντεισήγαγεν. Ὁ δὲ Κοσμᾶς τῇ ἀδίκῳ καθαιρέσει τὴν καρδίαν πληγεὶς, τῆς μὲν κοινωνίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἑαυτὸν οὐκ ἀπέσχισεν, ἢ τὸν λαὸν ἐδίδασκε σχίζεσθαι. Σφραγίσας δὲ τὴν κοιλίαν τῆς Αὐγούστης, ἐπετίμησε μηδέποτε παιδίον ἄρρεν τεκεῖν. Ὁ καὶ γέγονεν. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἀπὸ Μαρίας ἐτέχθη τῆς ὑστέρας τῆς ἀπὸ Λατίνων· ἐν γοῦν τῇ πρὸς τὴν Αὐγοῦσταν ἐπιτιμήσει Κοντοστεφάνου τινὸς

[d] Στεφάνου προϊσταμένου καὶ ὁρμήσαντος τῷ Πατριάρχῃ ῥάπισμα δοῦναι διὰ τὴν πρὸς τὴν Αὐγοῦσταν εὔνοιαν δῆθεν, καὶ κωλυθέντος παρά τινος, ὁ Πατριάρχης Κοσμᾶς ἄφετε, φησίν, αὐτὸν ὅσον οὔπω τὴν οἰκείαν Πετραίαν ληψόμενον. Ὁ καὶ ἐξέβη κατὰ τὴν προφητείαν τοῦ ἱερωτάτου Κοσμᾶ· μετ' οὐ πολὺ γὰρ ὁ Κοντοστέφανος ἐν τῷ εἰς τὰ Κέρκυρα πολέμῳ λίθῳ βληθεὶς, ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχήν. Ταῦτα ἐν τῇ τοῦ Χωνιάτου Χρονογραφίᾳ.

Ὁ βασιλεὺς Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος τὸν Πατριάρχην εὑρὼν Βασίλειον τὸν Καματηρὸν, τὸν ἀναιτίως κατασπάσας αὐτὸν ἀνήγαγε Νικήταν τὸν σακελλάριον τῆς ἐκκλησίας. Εἶτα μετὰ ἐνιαυτὸν αἰτιασάμενος τοῦ Νικήτα τὸ ἀφελὲς καὶ τὸ γηραιὸν, καθαιρήσας αὐτὸν, τὸν Θεοτοκίτην Λεόντιον ἀνεβίβασε· διαβεβαιούμενος τὴν Θεοτόκον ἐλθοῦσαν εἰπεῖν αὐτῷ, τὸν Λεόντιον ἀναβιβάσαι, κἀντεῦθεν ὁ Θεοτοκίτης ἐκέκλητο. Μετὰ ταῦτα οὐκ ἤρεσκεν ὁ Θεοτοκίτης τῷ βασιλεῖ· καὶ διεβεβαιοῦτο πάλιν ὁ βασιλεὺς, τὴν Θεοτόκον ἐλθοῦσαν εἰπεῖν αὐτῷ, ἐκβαλεῖν τὸν Λεόντιον. Ὁ καὶ πεποίηκε. Τούτου ἐκβληθέντος, προστάξει τοῦ βασιλέως μετετέθη εἰς Πατριαρχεῖον

d In MS°. σ ιου quod scribi pro Στεφάνου, uti mihi suggessit *Ric. Bentleius* meus, Vir eruditissimus ac κριτικώτατος, haud dubito. Sic *Choniates* p. 52. Μέγαν Δοῦκαν προχειριζόμενος τὸν ἐπ' Ἀδελφῇ

ſtephano cognominato, qui tunc ex adſtantibus erat, præ ſua in Auguſtam benevolentiâ eum aggrediente quaſi alapam impacturo, cum ab aliquo impediretur, *Sinite iſtum,* inquit Patriarcha, *jamjam ſuam Petræam accepturum.* Quod etiam contigit, ut prædixit ſanctiſſimus *Coſmas.* Nam haud ita multo poſt *Contoſtephanus* in prælio ad Corcyram lapide percuſſus, animam efflavit. Hæc in ſuis Annalibus refert *Choniates.*

Iſaacius Angelus Imp. *Baſilium Camaterum* in ſolio Patriarchali conſtitutum inveniens, abſque cauſa eum depoſuit, [e] Sacellariumque Eccleſiæ *Nicetam* in Patriarchium induxit. Anno autem elapſo *Nicetam* ob extremam ſenectam inutilem factum cauſatus, eum dejecit, & *Theotocitem Leontium* dignitate Patriarchali ornavit, aſſeverans ſibi B. Virginem (Θεοτόκον) apparuiſſe, & in mandatis dediſſe ut *Leontium* ad Patriarchatum eveheret, qui quidem exinde *Theotocitæ* cognomentum ſortitus eſt. Poſtea quum *Theotocita* Imperatori minus placuit, ille rurſus affirmat B. *Mariam* ſibi apparuiſſe, & juſſiſſe quoque *Leontium* ipſum deponere. Quod etiam fecit. Et, ejecto eo, ad honorem

Ἀδελφῇ γάμβρον τ̃ Κοντοστέφανον Στέφανον. *Cinnamus* p. 55. Τὸν δὲ Γαμβρὸν Στέφανον, ὃν Κοντοστέφανον σμικρολογούμενοι οἴμαι, ἐκάλουν (βραχὺς γδ̀ τὴν ἡλικίαν ἦν) ἐπὶ Κέρκυραν ἔστελλεν.

e Tertia in Eccleſiâ Dignitas, poſt *Patriarcham* & *Eccleſiæ Oeconomum.*

Patriarchatus promovit *Dositheum*, Ecclesiæ Hierosolymitanæ Antistitem. Non multo labente tempore, hanc ob causam factâ obmurmuratione, dejicitur Sede *Dositheus*, & alius Ecclesiæ præficitur. *Isaacio* igitur per novem annos tenente Imperium, Patriarchæ quinque per successionem constituti sunt. Qui multis, uti fas est credere, manus imposuerunt; & ab iis ad usque hæc nostra tempora Sacerdotium totum Ecclesiaque deducta est. Hoc vero mirandum, quod, Imperatore prædicto *Isaacio*, quamvis hi quinque Patriarchæ in vivis simul omnes fuerint, alterque in alterius locum successerit, alii tamen ab aliorum Communione se non disjunxerunt. Verum hoc evenit, quod ad libitum solum Imperatoris hic Sede Patriarchali dejectus, ille ad Thronum evectus est.

Ut cuncta verbo absolvam: unum solum requisivit Ecclesia, ut qui succedebat in alterius locum Antistes, Decessoris sui Fidem & Confessionem (Orthodoxam) prædicaret. De istis autem Accusationibus, quæ temporibus variis adversus *Episcopos* institutæ sunt, præter *Hæresin* solam, ne unicam quidem Inquisitionem fecit.

Expositio

τριαρχεῖον ὁ Ἱεροσολύμων Δοσίθεος. Καὶ μετὰ βραχὺ, γογγυσμοῦ διὰ τοῦτο γεγονότος, κατεβιβάσθη τοῦ θρόνου ὁ Δοσίθεος, καὶ γέγονεν ἕτερος. Βασιλεύσαντος γοῦν τοῦ Ἰσαακίου ἐπὶ χρόνοις ἐννέα, πέντε Πατριάρχαι ἐπ' αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν ἐγεγόνεισαν. Οἱ δὲ πολλὰς χειροτονίας ὡς εἰκὸς πεποιήκασι· καὶ ἐξ ἐκείνων διὰ διαδοχὴν μέχρι καὶ ἀρτίως ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν, πᾶσα ἡ ἱερωσύνη καὶ ἡ ἐκκλησία κατάγεται. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ τοιούτου βασιλέως τοῦ Ἰσαακίου, καὶ οἱ τοιοῦτοι πέντε Πατριάρχαι πάντες ἐν τοῖς ζῶσιν ἐτέλουν, ἕτερος τὸν ἕτερον διαδεχόμενοι, καὶ οὐδαμῶς ἀλλήλων χωριζόμενοι, διὰ τὸ θελήματι μόνῳ τοῦ βασιλέως, τὸν μὲν καθαιρεῖσθαι, τὸν δὲ ἀνάγεσθαι.

Καθόλου γὰρ εἰπεῖν, ἓν μόνον ἐξητεῖτο ἡ ἐκκλησία, τὸ κηρύσσειν τὸν δεύτερον τὴν τοῦ πρώτου πίστιν καὶ ὁμολογίαν, καὶ ὁμόδοξον εἶναι αὐτῷ. Ἐπὶ δὲ τοῖς παρακολουθοῦσιν ἄλλοις ἑκάστοτε αἰτιάμασι, ἄνευ μόνης αἱρέσεως, ἀκριβολογίαν οὐδὲ μίαν ἐποίησεν.

Εκθεσις κατὰ συντομίαν τῶν ἀδίκως καθαιρεθέντων Πατριαρχῶν παρὰ τῶν κατὰ καιροὺς βασιλέων, ὅιτινες καὶ τῶν διαδόχων αὐτῶν παρὰ κανόνας ἀναχθέντων, οὐκ ἀπεσχίσθησαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸν λαὸν ἐδίδαξαν σχίζεσθαι· δῆλον πάντως ὅτι διὰ τὴν ὀρθοδοξίαν αὐτῶν.

ΕΠΙ τοῦ βασιλέως Αρκαδίου, ὁ μέγας Χρυσόστομος ἐξεβλήθη ἀδίκως· τούτου διάδοχοι, Αρσάκιος καὶ ὁ θεῖος Αττικός.

Επὶ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, παρὰ Διοσκόρου τοῦ αἱρετικοῦ ὁ ἅγιος Φλαβιανός· τούτου διάδοχος Ανατόλιος.

Επὶ τοῦ βασιλέως Αναστασίου, Ευθύμιος (l. Ευφήμιος,) οὗ διάδοχος Μακεδόνιος, καὶ τούτου Τιμόθεος.

Επὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, Ηλίας Ιεροσολύμων· τούτου διάδοχος Ιωάννης.

Επὶ βασιλέως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ὑπὸ τοῦ Καισαρείας Παλαιστίνης Μάξιμος Ιεροσολύμων· οὗ διάδοχος Κύριλλος.

Expositio brevis Patriarcharum eorum, quos temporibus variis injuste Imperatores Sedibus suis dejecerunt, qui à Successoribus ad Patriarchatum adversus Canones evectis se non separarunt, nec Populo persuaserunt ab eorum Communione recedere; nempe, ut patet, quia Fidem Orthodoxam Successores professi sunt.

SUB Arcadio Imp. *Chrysostomus* magnus injuste fuit depositus: Successores ei, *Arsacius*, & *Atticus*.

Sub Imp. Theodosio Juniore à *Dioscoro* Hæretico depositus est S. *Flavianus*: Illius successor, *Anatolius*.

Sub Anastasio Imp. *Euphemius*: cujus successor, *Macedonius*: huic, *Timotheus*.

Sub eodem Imp. *Elias* Hierosolymitanus: hujus successor, *Joannes*.

Sub Imp. Constantino M. ab Episcopo Cæsareæ Palæstinæ depositus est *Maximus* Ep. Hierosolymorum: successor ei, *Cyrillus*.

Sub

Sub Imperatore Juſtiniano, *Eutychius* ex Amaſiâ ortus: hujus ſucceſſor, *Joannes.*

Sub eodem Imperatore *Anthimus*, Trapezuntis primum Epiſc. Succeſſor hujus ſanctiſſimus *Menas.*

Sub Imperatore Juſtiniano Rhinotmeto, *Callinicus*: cui ſucceſſor, *Cyrus* ex Amaſtride Monachus.

Sub Imperatore Michaele Theophili F. *Ignatius* ille magnus: hujus ſucceſſor *Photius.*

Sub Imperatore Baſilio Macedone, *Photius Ignatii* ſucceſſor: hujus rurſus ſucceſſor *Ignatius*: hujuſque iterum, *Photius.*

Sub Imperatore Leone Sapiente, iterum *Photius* deponitur, affictis ei ab Imperatore criminibus: Succeſſor ejus, *Stephanus*, Imperatoris Frater.

Sub eodem Imperatore *Nicolaus* qui ei [f] fuerat à ſecretioribus conſiliis: hujus ſucceſſor, *Euthymius* Syncellus.

Sub eodem Alexandro Imperatore, Leonis Fratre, *Euthymius*, *Nicolai* ſucceſſor, depoſitus eſt, cui ſufficitur rurſus *Nicolaus.*

f Νικ. ὁ ἀπὸ μυστικῶν, Nicephoro Calliſti in Catalogo Patriarcharum MS°.

Sub

Ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, Εὐτύχιος ὁ ἀπὸ Ἀμασείας· τούτου διάδοχος Ἰωάννης.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, Ἄνθιμος Τραπεζοῦντος· τούτου διάδοχος ὁ ἁγιώτατος Μηνᾶς.

Ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, Καλλίνικος· οὗ διάδοχος, ὁ ἐξ Ἀμάστριδος ἔγκλειστος Κῦρος.

Ἐπὶ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοφίλου, Ἰγνάτιος ὁ μέγας· τούτου διάδοχος Φώτιος.

Ἐπὶ βασιλέως Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος, ὁ τοῦ Ἰγνατίου διάδοχος Φώτιος· οὗ πάλιν διάδοχος, ὁ Ἰγνάτιος· καὶ τούτου πάλιν ὁ Φώτιος.

Ἐπὶ βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, ὁ Φώτιος πάλιν· αἰτίας ψευδεῖς τοῦ βασιλέως πλασαμένου κατ᾽ αὐτοῦ· τούτου διάδοχος Στέφανος ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφός.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, Νικόλαος ὁ μυστικός· τούτου διάδοχος Εὔθυμιος ὁ Σύγκελλος.

Ἐπὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ Λέοντος, ὁ Εὔθυμιος κατεβιβάσθη ὁ τοῦ Νικολάου διάδοχος· οὗτινος Εὐθυμίου πάλιν διάδοχος ὁ Νικόλαος.

Επὶ βασιλέως Μανουὴλ Κοσμᾶς ὁ Ἀττικός· οὗ διάδοχος, Θεοδόσιος.

Επὶ τοῦ Βασιλέως Ισαακίου τοῦ Αγγέλου ὁ Καματηρὸς Βασίλειος· τούτου διάδοχος σακελλάριος Νικήτας ὁ Μουντάνης.

Επὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὁ Σακελλάριος Νικήτας· οὗ διάδοχος ὁ Θεοτοκίτης Λέοντιος.

Επὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὁ Θεοτοκίτης Λέοντιος, τούτου διάδοχος ὁ Θεοδόσιος (l. Δοσίθεος) Ιεροσολύμων.

Επὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Δοσίθεος Ιεροσολύμων, οὗ διάδοχος ὁ Ξιφιλῖνος Γεώργιος.

Sub Imperatore Manuele, *Coſmas Atticus*: cujus ſucceſſor, *Theodoſius*.

Sub Imperatore Iſaacio Angelo, *Camaterus Baſilius*: hujus ſucceſſor, Sacellarius *Nicetas Muntanes*.

Sub eodem Imp. Sacellarius *Nicetas*: cui ſucceſſor, *Theotocita Leontius*.

Sub eodem Imperatore *Theotocita Leontius*: hujus ſucceſſor, *Doſitheus* Ep. Hieroſolymitanus.

Sub eodem Imperatore *Doſitheus*, Epiſcopus olim Hieroſolymitanus: cui ſucceſſor, *Georgius Xiphilinus*.

FINIS.